SCRIPTORES

RERUM GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

SEPARATIM EDITI.

EINHARDI VITA KAROLI MAGNI.

EDITIO SEXTA.

HANNOVERAE

IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.

1911.

(NEUDRUCK 1927.)

EINHARDI

VITA KAROLI MAGNI.

POST G. H. PERTZ RECENSUIT G. WAITZ.

EDITIO SEXTA.

CURAVIT O. HOLDER-EGGER.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.
1911.
(NEUDRUCK 1927.)

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
10 ELMSLEY PLACE
TORONTO 5, CANADA.

MAR 18 1932

4585

HANNOVERAE. TYPIS CULEMANNORUM.

Nullus heroum qui medio aevo eminuerunt Karoli imperatoris, historicorum nullus Einhardi[1] *famam aequavit. Uterque gente et indole Germanus; et hic quidem sub finem regni Pippini aut primis Karoli annis*[2] *natus est*[3]. *Cuius*

1) *Ita nomen scribendum esse chartae Einhardo a Hludowico imperatore concessae (una pro monasterio Blandiniensi* Ainhardum *scribit), et catalogus procerum Saxoniae a.* 802 (Einhartus), *tum ipse in Annalibus a.* 806, *in duabus chartis pro monasterio Laureshamensi aliisque, quas notis Tironianis exaratas Parisiis inspexi, in epistola ad Lupum (MG. Epist. VI, p.* 9*) et in translationis SS. Marcellini et Petri historia (praef., SS. XV,* 2, *p.* 239*), necnon amicorum eius praecipui, Gerwardus in versibus Vitae Karoli subiectis, Lupus Ferrariensis (epp.* 1. 2. 4. 5*) et Hrabanus (in epitaphio), coaevi Ermoldus Nigellus (II,* 31. Heinardus*), Walafridus Strabo* (de Einharto), *Frotharius Tullensis (epist.* 14, *MG. Epist. V, p.* 286*), Anonymus Vitae Hludowici auctor c.* 41 (Heinhardus), *chronographus Fontanellensis (Gesta abb. Fontanell. c.* 17*)* (Heinhardus *et* Einhardus), *tum Annalista Fuldensis a.* 874, *poeta Saxo (IV,* 118, *Poetae Carol. IV, p.* 48*), ut praecipuos noni tantum saeculi scriptores adducam, evidentissime ostendunt. Unus tamen alterve posterioris aevi liber nomen eius et in* Eginhardum, (Eginardum), Agenardum *profert, quod variis praeterea modis deformari codices monstrant. In unico epistolarum codice, Lugduni-Clavati a me anno* 1827. *iterum reperto [nunc bibliothecae Parisiensis nr.* 11379*], initialis tantum littera* E. *exprimitur. (*Enhardus *auctor in codice Vindobonensi palat. nr.* 532. *dicitur). [Formam Germanicam* Einhart, *qua ipse et alii in chartis usi sunt, Latine saepius* Einhardus *quam* Einhartus *reddi mihi persuasum habeo, ideoque illam retinui scribendi rationem].* 2) *Nam cum Karoli liberis nutritus est et in epistola ad Lupum anno* 836. *scripta senem se praedicat.* 3) *[Pertz ut fallacem testem reiecit narrationem (Walahfridi), cuius partem ipse primus ex cod. Hannoverano SS. II, p.* 440, *n. edidit. Quam iam anno* 1836. *in codice Havniensi integram inveni et 'Archiv' VII, p.* 372 *sq. edidi, (tum Ph. Jaffé auctoritatem eius iure magni faciens editioni suae Vitae Karoli M. praemisit, nunc libris manu scriptis collatis emendatam infra exhibuimus). Ibi* Einhartus *dicitur* natus in Orientali Francia, in pago qui dicitur Moingeuui, *et* in Fuldensi coenobio sub pedagogio sancti Bonifacii martiris prima puerilis nutriturae rudimenta *suscepisse,* a Baugolfo abbate monasterii supradicti in palatium Karoli translatus *esse narratur. Jaffé probabiliter sane coniecit parentes fuisse Einhardum et Engilfridam, quorum traditio coenobio Fuldensi facta legitur apud Dronke, Cod. dipl. Fuld. p.* 103, *nr.* 185; *(Tradit. et antiq. Fuld. p.* 23, *nr.* 14*).* Einhart, *qui hanc et alias quinque chartas (Dronke, Cod. dipl. nr.* 87. 100. 102. 183. 184*) scripsit, nostrum esse habendum idem statuit et inde a.* 788. *et* 791. *eum Fuldae commoratum esse evicit]. (Einhardi patrem Einhardum nominatum fuisse Hrabanus in epitaphio eius, infra p. XII, luce clarius dixit).*

in aulam mox ut intravit, ab eo enutritus[1], *atque postea et regni administrandi*[2] *et litterarii, quo rex maxime delectabatur, otii particeps effectus talem se praebuit, ut perpetua regi et liberis eius amicitia, post mortem quoque duratura, devinciretur*[3]. *Una cum rege Alcuini discipulus, arithmeticae gnarus ab ipso praedicatur*[4]. *Puella nobilissima*[5] *Imma, quam regis filiam fuisse posteri*[6] *voluerunt, in matrimonium ducta, Vussinum ex ea filium suscepit*[7]. *Summo igitur loco habitus beneficiisque auctus*[8], *inter cetera abbatias S. Bavonis*[9] *et Blandiniensem Gandavenses*[10], *immunitate iudiciaria donatas, accepit; quibus vel Karolo vel Hludowico imperante abbatiae S. Servatii Traiectensis*[11], *S. Chlodoaldi*[12], *ecclesia S. Iohannis Ticinensis*[13] *et annis* 816—823. *abbatia Fontanellensis*[14] *accesserunt. Anno* 802. *inter proceres recensetur*[15], *quibus obsides Saxonici custodiendi commissi erant. Operum regalium exactor constitutus*[16] *maximae molis aedificia, pontem Moguntiacensem, palatia Ingelheimense et Aquense, et quam hodieque ad-*

1) *Vita Karoli praefat.* 2) *Praefat. et Ermold. Nigell. II,* 31—34, *(Poetae Carol. II, p.* 25*).* 3) *Praefat.* 4) *Alcuini epistola* 85, *Opp. I,* 126 *(nr.* 172, *MG. Epist. IV, p.* 285*).* 5) *Lupi epist.* 4. *ad Einhardum (MG. Epist. VI, p.* 11*). [Sororem Bernharii episcopi Wormatiensis et abbatis Wizenburgensis eam habuit Jaffé; sed cf. Simson, 'Jahrb. Ludwig d. Fr.' II, p.* 160*].* 6) *Primus monachus Chronici Laureshamensis saec. XII. auctor (SS. XXI, p.* 358 *sq.); [ultimus Falk, 'Forschungen' XV, p.* 657*].* 7) *Einhardi ep.* 57, *(MG. Epist. V, p.* 137 *sq.). [Anno* 819. *nondum liberos natos esse charta ostendit hoc anno data, (Chron. Lauresham., SS. XXI, p.* 360*). Quare Ideler et O. Abel et Jaffé in epistola illa de animi filio cogitari posse putaverunt, neque eam certo certius Einhardo vindicandam esse hic censuit].* 8) *e. g. Frideslare, Einhardi ep.* 9, *(l. l. p.* 113*).* 9) *Miraei Opp. dipl. I. [Serrure, 'Cart.' p.* 3*]; unde Ann. Gand., SS. II, p.* 187, *erroris in anni* 826. *numero arguuntur. Einh. epp.* 13—15. 23. 55. 56. 68, *(l. l. p.* 116 *sqq.* 121. 137. 142 *sq.); hist. translat. SS. Marcellini et Petri (IV,* 11. 12, *SS. XV, p.* 260*).* 10) *Ibid. et Einh. ep.* 55; *(Fund. monast. Blandin., SS. XV, p.* 624; *Ann. Blandin., SS. V, p.* 23; *Vande Putte, Annales abb. S. Petri Blandin. p.* 71 *sqq.); hist. translat. S. Wandregiseli (c.* 9, *SS. XV, p.* 627*).* 11) *Einh. ep.* 3. *et charta notis Tironianis scripta codicis regii Paris. nr.* 2. 16. 12) *Einh. ep.* 39. *[Aliud ac notum illud S. Clodoaldi monasterium prope Parisios situm intelligendum esse censet Teulet II, p.* 5, *n.* 2*].* 13) *Einh. hist. translat. SS. Marcellini et Petri (I,* 6, *l. l. p.* 242*).* 14) *Gesta abb. Fontanell., SS. II, p.* 294, *(SS. R. G. p.* 50*).* 15) *LL. I, p.* 90, *(LL. Sectio II, Capit. I, p.* 234*) ['Hunc eundem ac nostrum Einhartum fuisse non constat'. JAFFÉ].* 16) *Gesta abb. Fontanell., l. l. p.* 293 *(SS. R. G. p.* 50*), [ubi Ansigisus* exactor operum regalium in Aquisgrani palatio regio sub Einhardo abbate constitutus *dicitur]. Walafridi Strabonis carmen de eo (infra p. IX) et Hrabani epitaphium (infra p. XII).*

miramur, basilicam Aquensem[1], simplicitate, soliditate et concinnitudine aeternam ingenii eius testem, etsi non inchoasse, perfecisse tamen credendus est[2]. Imperatori domi militiaeque semper adhaesit[3], nec nisi semel, cum anno 806. legatus testamentum eius Leoni papae subscribendum porrigeret[4], ab eo discessisse videtur.

Anno 813. filiis Karoli maioribus natu defunctis, praecipuus ei Hludowici in societatem imperii sibi adsciscendi auctor fuisse traditur[5]. Proximis post obitum Karoli annis[6] in grati et venerabundi animi signum vitam eius scribendam sibi proposuit, et ante annum 820. absolvit; anno enim sequenti 821. (vel 822) iam inter libros monasterii Sindleozes-Auva[7] occurrit, et anno 830. vel 831. famam eius late patuisse ex Lupi epistola ad Einhardum[8] intelligimus. Conqueritur in praefatione de litterarum in aula honore iam iam imminuto[9], et quamvis apud Hludowicum impera-

1) *In codice tamen saec. IX. ex. Vindobonensi inter theologos nr.* 354. *signato [nunc* 969*] fol.* 55'. *epitaphium Karoli usque* feliciter rexit *et hanc alteram inscriptionem legi:* INFRA CAPELLA(M) SCRIPTUM. Insig(n)em hanc dignitatis aulam Karolus caesar magnus instituit, egregius Odo magister explevit; Metensi fotus in urbe quiescit. 2) *[Haec Jaffé in dubium vocavit, neque ipsum Einhardum architectum fuisse concessit. Sed contrariam sententiam tenuit Wattenbach, 'D. GQ.' I, (ed.* 6, *p.* 181, *n.* 5; *ed.* 7. *I, p.* 201, *n.* 2*). Certe in Hrabani epitaphio (infra p. XII) legitur:* Per quem et confecit *(Karolus)* multa satis opera. *Cf. quae monui 'D. VG.' III, p.* 440 *n., loco allato ex Transl. S. Tiburtii (c.* 2, *SS. XV, p.* 393, *qui libellus ficticius est plenus fraude), ubi 'palatii regalis domesticus' dicitur].'* 3) *Praef. [Minus recte eum in Chron. Lauresh., SS. XXI, p.* 358, *Karoli archicapellanum et notarium laudari, in Ann. Gand., SS. II, p.* 187, *Hludowici capellanum, inter omnes constat; cf. Sickel, Acta I, p.* 105, *qui ipsum epistolas imperatorum nomine composuisse monet. Karoli capellanum dicunt etiam eum codd. Parisienses nr.* 17056 *(Notre Dame* 133*) et* 6187, *saec. XII. et XIII, Vindobonensis nr.* 532 *(Hist. eccl.* 110*), saec. XII; 'scribam adiuratum' cod. Parisiensis nr.* 4955, *saec. XI]. (Cancellarius Karoli dicitur in cod. B* 3b, *infra p.* 41, *n.* i*).* 4) *Ann. Einh. ad a.* 806. 5) *Ermold. Nigell. II,* 31 *sqq., (Poetae Carol. II, p.* 25*).* 6) *(Cf. infra p. XXVIII).* 7) *Apud Neugart, Episcopat. Constant. p.* 541; *(Becker, Catalogi bibliothecarum antiqui p.* 8, *nr.* 155: Vita et gesta Karoli imp. Augusti volum. *In alio catalogo librorum monasterii Augiensis saec. IX, R. Beer, 'Wiener Studien' IX* (1887), *p.* 165, *secunda manu scriptum legitur:* Vita et gesta Karoli vl. I. *Minime constare verba illa a Neugart tradita iam a.* 820/1. *scripta esse evicit ac probavit H. Wibel, 'Beiträge zur Kritik der Ann. regni Franc. und der Ann. q. d. Einhardi',* 1902, *p.* 218—229. *Ideoque minime constat Vitam Karoli iam a.* 820. *compositam fuisse).* 8) *(Ep.* 1, *MG. Epist. VI, p.* 1 *sq. Haec epistola inter a.* 830. *et* 836. *scripta est, non constat eam iam a.* 830. *vel* 831. *scriptam esse).* 9) *(In praefatione Einhardi hoc non legitur, Walahfridus in suo prologo studiorum imminutionem conquestus est).*

DD 3 .M82 E35

torem locum honoris pristinum retineret, tamen iam tum praesentiens se rebus imparem, quarum e medio amicus suus magnus discessisset, 'otium, quo aliquando perfrueretur, multimoda cogitatione meditari' coepit[1]. Quam ob rem villas Michilinstat et Mulinheim in saltu Odanwald a populari frequentia valde remotas nactus, eas sibi et Immae uxori ab imperatore concedi rogavit[2]. Qui petitioni non solum (anno 815) annuit, sed cum anno 817. Hlotharium regem constituisset, Einhardum potissimum qui 'eius curam gereret quique eum de moribus corrigendis et honestis atque utilibus sectandis sedulo commoneret' elegit[3]. Unde et magna post inter utrumque necessitas remansit[4]. (Anno 819. Sept. 12) Imma consentiente villam Michilinstat monasterio Laureshamensi contulit[5]. Paucis postea annis cum uxore consilium iniit, ut fratris et sororis more in posterum viverent[6]; quod tamen amoris imminuti signum non fuisse eo probatur, quod Imma in mariti domo usque ad obitum suum commorata est rebusque eius omnibus ut solita erat praefuit. Einhardus vero basilicam non indecori operis in praedio suo Mulinheim[7] aedificavit[8] et (anno 827) Radleicum notarium suum reliquias sanctorum arcessitum Romam misit[9]. Quae vix aegre impetratae anno 827. (in ecclesia Michilinstatensi, tum a. 828) in monasterio illo Mulinheim, quod iam Seligenstadt audit, sunt reconditae[10].

Cum igitur inter doctos clarus[11] et consiliariorum imperatoris cum Hildoino abbate S. Dionysii facile princeps regni negotiis magna ex parte praeesset et, licet statura parvus[12], Magni Einhardi nomine ferretur[13], gravis sensim

1) *Hist. translationis SS. Marcellini et Petri I, c.* 1. 2) *Ibid. c.* 1. *et dipl. Hludowici, Chron. Lauresh., l. l. p.* 359; *(Reg. Imp.* I^2, *nr.* 569*)*. 3) *Einh. ep.* 11. 4) *Ibid. et epp.* 16. 19. 29. 30. 5) *Chron. Lauresh., l. l. p.* 360. 6) *Einh. epist. ad Lupum (MG. Epist. VI, p.* 9*)*: olim fidissimae coniugis, iam nunc carissimae sororis ac sociae. *[Einhardum presbyterum consecratum missam legisse ex Hist. transl. (II, c.* 9*, SS. XV, p.* 251*) minus recte Pertz sibi persuasit, ut Jaffé monuit. Neque id confirmare potest narratio fabulosa, quae legitur in Historia translationis sanguinis Domini c.* 2*, SS. IV, p.* 447*, quae Einhardum dicit* clericum, in omnibus quae illi iniunxisset *(Karolus)* ministeriis sibi semper aptissimum*]*. 7) *Hist. transl. (I, c.* 1*, SS. XV, p.* 239*)*. 8) *[De hac praesertim Schneider egit, 'Annalen f. Nass. Alterth.' XII, p.* 290 *sqq., et de ecclesia antea in Michilinstat aedificata, quae etiamnum in Steinbach superest, ib. XIII, p.* 99 *sqq.]*. 9) *Hist. transl.* 10) *Einh. Ann. a.* 827. 11) *Cf. Gesta abb. Fontan., l. l. p.* 293; *(SS. R. G. p.* 50*)*. 12) *[Alcuini versus:* Non spernas Nardum, lector, in corpore parvum. *Walafridi prol.:* homuncio . . . nam statura despicabilis videbatur*]*. 13) *Walafridi carmen de Einharto*

sensimque rerum palatinarum commutatio intervenit. Karolo enim puero ex secundis imperatoris nuptiis nato, totum Iudithae et Hludowici studium in eo vertebatur, ut partem ei regni inter reliquos filios distributi vindicarent. In quo cum aliquantum temporis consumsissent, re publica magis magisque neglecta, omnia ita pessumdari coeperunt, ut Einhardus desiderio in praedia sua secedendi totus iam repleretur[1]. *Nec tamen abstinendum ratus, quin antea animum imperatoris tentaret*[2], *oblatis ei anno* 828. *Gabrielis archangeli monitis, duodecim capitibus comprehensis, et quo facto opus esset indicavit, et seditionem, nisi illud adimpleret, exorturam praedixit*[3]. *Imperator, libello perlecto, alia fecit, alia neglexit*[4] *Biennio post cum imperatoris aula magis magisque in partes traheretur, et Iuditha Bernhardum Septimaniae ducem camerarium constitui impetrasset, econtra filiorum amici Hlotharium in subsidium vocarent, Einhardus apud discipulum quondam suum, ne se patri opponeret, diligentius institit*[5]. *Interim Bernhardus auctoritate sua ita abusus est, ut adversae partis principes sibi extrema potius tentanda quam illum diutius tolerandum putarent; et initio anni* 830. *cum imperator in Britannica expeditione Compendium venisset, exercitu seducto, rebellionem concitarunt. Quo nuntio accepto, Einhardus, qui Iuditham Compendium sequi iussus, valde aegrotus usque Valentianas venerat, Gandavum nave recessit, et novo iam rerum ordine imminente, missionem ab imperatore petiit*[6]. *Qua impetrata, mense Martio Mulinheimum se recepit. Sed cum rem publicam*

magno (editur ab E. Dümmler, Poetae Carol. II, p. 377*):*

[De Einharto magno.
Nec minor est magni reverentia patris habenda
Beseleel, fabre primum qui percipit omne
Artificum praecautus opus. Sic denique summus
Ipse legens infirma Deus, sic fortia temnit.
Magnorum quis enim maiora receperat umquam,
Quam radiare brevi nimium miramur homullo?].

1) *Hist. transl. (I, c.* 1. *III, c.* 12. 14*) et al.* 2) *Paulo antea offensam imperatoris incurrisse videtur; scribit enim Gerwardo palatii bibliothecario ep. (*52, *MG. Epist. V, p.* 135*) se Seligenstadi immorari iussum, et septem dierum absentiam sibi poenalem futuram. Epistola ea amicum suum de monitis Gabrielis imperatori tradendis consulit.* 3) *Hist. transl. (III, c.* 13*); Ann. Fuld. a.* 874. 4) *Hist. transl. l. l.* 5) *Ep.* 11, *(MG. Epist. V, p.* 114 *sq.).* 6) *Ep. (MG. Epist. V)* 10. 13. 14. 15. *[Hucusque certe hiemem in imperatoris comitatu transigere consueverat, ut dicit Hist. transl. (III. c.* 11*):* secundum consuetudinem in palatio hiematurus, *ibique a.* 829. *morbo depressus iacuit]; (Einh. ep.* 10*).*

factionibus quassatam in diversa ferri conspiceret, mense Aprili vel Maio[1] Hlotharii imperatoris ex Italia reducis colloquium expetiit[2]; et postea conventum illum magnum, in quo in totius regni statum inquirendum esset, adire sibi proposuit[3]. Qui cum Kalendis Octobribus Noviomagi celebraretur, Hlotharius amicis intercedentibus patri reconciliatus est. Ubi et Einhardum nostrum fidelem operam dedisse, eo magis ut credamus inducimur, quod imperatorem aestate[4] anni 836, cum unicum iam consilium de Hlothario sincere sibi uniendo agitaret, amicum suum vetulum Seligenstadi ultro visitasse legimus[5].

Reliquum vitae, religioni, litteris, amicis deditus, in maxima regni perturbatione per quietem egit[6]. Nec auctoritate qua valebat pagensium et vicinorum rebus benigne consulere[7], nec apud amicos in palatio remanentes pro oppressis intercedere[8] destitit. Ecclesiam Mulinheimensem, martyrum meritis iam longe lateque celebrem, adornavit et plumbo texit[9]. Libris conscribendis non tantum, quantum olim[10] inter regni negotia, tempus impendit[11]. Annales, quos de Pippini et Karoli et Hludowici rebus in palatio constitutus ediderat[12], ultra annum 829. non producendos existimavit. Scripsit praeterea libros de historia translationis sanctorum Marcellini et Petri et ad Lupum libellum de cruce adoranda[13] Epistolae eius quae supersunt historiae auctoris et temporis illius illustrandae multum conducunt[14]. Historiam Saxoniae sive libellum de adventu, moribus et superstitione Saxonum et historiam translationis sancti Alexandri, ab Adamo Bre-

1) Ann. Bertin. a. 830. 2) Ep. 16, cf. 25. 3) Ep. 17. 4) [Immo autumno; v. Simson, 'Jahrb. Ludwig d. Fr.' II, p. 160]. 5) Ann. Fuld. a. 836. 6) Ep. 35. init. (M. Bondois, 'La translation des s. Marcellin et Pierre, Bibl. de l'école des hautes études', fasc. 160, Paris 1907, p. 81 sqq. negavit Einhardum a. 830. in otium recessisse, nec tamen quod contendit probavit. Ex Translat. SS. Marcellini et Petri I, c. 1. patet Einhardum a. 830. ex. iam non in palatio secularibus negotiis occupatum fuisse). 7) Ep. 24. 37 (in qua iam Epist. V, p. 128. pro Boma e coniectura Pertzii scriptum est Imma). 42. 46—49. 60. 62. 8) Ep. 28. 29; fortasse et 27; 19. 30. 34. 9) Ep. 36. 10) SS. I, p. 126. 127. 11) Ep. ad Lupum (Epist. VI, p. 9 sq.) et ep. 57. 12) SS. I, p. 127. [De hac sententia a Pertzio sustentata, ab aliis valde impugnata, non hoc loco disputandum esse censeo]. 13) (Quem E. Dümmler, 'N. Archiv' XI, p. 233—238, et K. Hampe, MG. Epist. V, p. 146—149, ediderunt). 14) [Einhardum etiam versibus laudem sibi parasse versus Nasonis v. 91. 92. indicare videntur (Poetae Carol. I, p. 387):

Aonias avide(?) solitus recitare camenas
Nardus ovans summo presenti pollet honore.

(Wattenbach, GQ. I[7], p. 200 sq.). Cf. quae Ebert, 'Gesch. der Literatur des MA.' II, p. 92, n. 2, attulit].

mensi ei tributas, Rudolfo et Meginhardo Fuldensibus deberi alio loco diximus[1]. *Lambecius vero*[2] *adbreviationem chronici ab Urbe condita usque ad annum* 809. *ei vindicare conatus nullo plane fundamento nititur, nec meliore iure alii Einhardi cuiusdam psalterium, quod in bibliotheca Bobiensi recensetur, nostro adscripserunt*[3]. *Quae vero edidit, ita comparata sunt, ut praecipuum ei inter historicos locum adsignent. Scripsit enim summa integritate animi, non extera et aliena, sed tempus suum, sed amicum, nec docte tantum, sed ut is qui aetatem in re publica administranda consumsisset. Litteras Graecas*[4] *aeque ac Romanas coluit, et ex antiquis non tantum historicos et poetas*[5], *mathematicos*[6], *grammaticos et rhetores*[7], *sed Patres*[8] *etiam et sui aevi scriptores*[9] *legit*[10]. *Cumque temporis sui virorum prudentissimus et doctissimus haberetur*[11], *commercium eius a iuvenibus optimae indolis expetitum fuisse facile nobis persuadebimus. Lupum, Ferrariensem postea abbatem, qui erudiendus in Germaniam missus fuerat, praecipuum cultorem habuit*[12]; *cum Hrabano, Fuldensium tunc temporis abbate, quem propter doctrinae copiam et morum probitatem magni fecit, societate continua iunctus erat; cum eo bibliothecae suae catalogum communicaverat*[13], *ei libros commodavit*[14], *ei filium unicum*[15] *Vussinum moribus et doctrina formandum et monachum erudiendum commisit*[16]. *Immae etiam, dulcissimae sororis, contubernio per aliquot annos gavisus est; quam anni* 836. *initio defunctam*[17] *adeo luxit,*

1) *SS. I, p.* 339. *II, p.* 674. 2) *Comment. bibl. Vindob. II, p.* 395. 398. 3) *Mansi in Fabricii bibl. mediae et inf. latinitatis lib. V, p.* 88. 4) *Eum Graeca intellexisse et proverbium in Vita Karoli c.* 16. *recitatum et Lupi ep.* 5, *(MG. Epist. VI, p.* 17*) et quae de Karolo eius linguae perito c.* 25. *refert testantur.* 5) *Virgilii Georgica, ep.* 57. 6) *Ibid.; cf. Lupi ep.* 5. 7) *Einh. ep.* 57; *Lupi ep.* 1. 8) *Einh. ep. ad Lupum.* 9) *e. g. Paulum diaconum.* 10) *Ep.* 57. 11) *Anon. Vita Hludowici c.* 41; *Ermold. l. c.; Gesta abb. Fontan. l. l.* 12) *Lupi ad Einh. epp.* 13) *Lupi ep.* 1. *ad Einh., (l. l. p.* 8*).* 14) *Lupi ep.* 5. 15) *(Cf. supra p. VI, n.* 7*).* 16) *Ep.* 57. *Fuldensem bibliothecam Einhardus inspexisse videtur, novit enim ibi capsellam, in qua verba et nomina obscura demonstrari possint; ep.* 57. *(Sed K. Hampe, 'N. Archiv' XXI, p.* 630 *sq. et MG. Epist. V, p.* 138, *n.* 1. 2, *iure negasse videtur Vussinum in monasterio Fuldensi moratum esse, ideo nec capsellam illam Fuldae fuisse constat).* 17) *Obiit hieme; Lupus (a.* 836. *ante) Aldrici obitum (*6. *Id. Oct.) in Gallias rediturus (Lupi ep.* 6. 41, *MG. Epist. VI, p.* 18. 48 *sq.) Einhardum mense Iunio visitavit, (inter dies Iunii* 7—11; *Lupi ep.* 5, *l. l. p.* 16; *cf. ep.* 4, *p.* 15. *Iam ante mortem Immae Lupus eodem anno Einhardum visitaverat; Lupi ep.* 4, *p.* 15*).*

ut totum quod sibi superesset dierum in moerore transigendum statueret[1]. *Illius meminisse, illam intimo corde amplecti, illius se apud Deum intercessioni commendare unica viventis voluptas, unicum morientis solamen fuit; in haec vota animam Creatori reddere disposuerat*[1]. *[Obiit die* 14. *Martii, anno* 840[2]*]. Corpus in ecclesia Seligenstadensi sepultum, eique hoc a Hrabano epitaphium adscriptum est (Poetae Carol. II, p.* 237 *sq.):*

Te peto, qui hoc templum ingrederis, ne noscere spernas,
  Quid locus hic habeat, quidque tenens moneat.
Conditus ecce iacet tumulo vir nobilis isto,
  Einhardus nomen cui genitor dederat.
Ingenio hic prudens, probus actu atque ore facundus
  Extitit ac multis arte fuit utilis.
Quem Carolus princeps propria nutrivit in aula,
  Per quem et confecit multa satis opera.
Nam horum sanctorum[3] condigno functus honore
  Exquirens Romae corpora duxit et huc,
Ut multis prosint precibus curaque medelae,
  Ipsiusque animae regna poli tribuant.
Christe Deus, hominum salvator, rector et auctor,
  Aeternam huic requiem da super astra pius!

Fuerat Einhardus statura brevis[4], *sed ardorem animi corporis agilitate exprimebat. Extat ea de re testimonium Theodulfi episcopi Aurelianensis, cuius 'Nardulum'*[5] *Einardulum abbreviatum esse credo. Alcuino*[6] *[et Walafrido*[7]*] Beseleel*

1) *Einh. ep. ad Lupum.* 2) *[Pertz perperam Ann. S. Bavonis Gand., SS. II, p.* 187, *secutus a.* 844. *indicavit; sed qui longe praestant, Ann. necrolog. Fuld., SS. XIII, p.* 174, *hunc indicant annum; iidem (l. l. p.* 166*) et Necrol. Lauresh., Böhmer, Fontes III, p.* 146, *et nota cod. Vatic. Palat.* 1448, *'Z. f. D. Alterth.' XXI, p.* 76, *diem ponunt* 2. *Id. Mart. Minus recte Breviarium Fontan., Mabillon, Ann. O. Ben. II, p.* 610: 15. *Kal. Iunii; Necrol. Wirziburgense, 'Forschungen' VI, p.* 116, *si tamen idem intelligendus est:* 12. *Kal. April.; alii, quos Pertz sequitur,* 8. *Kal. Augusti scripserunt].* 3) *(Marcellini et Petri).* 4) *(Cf. supra p. VIII, n.* 12*).* 5) *(Carmen* 25, *v.* 155, *Poetae Carol. I, p.* 487: Nardulus huc illuc discurrat perpete gressu*). [Ita etiam in epigrammate Alcuini, (Poetae Carol. I, p.* 248*):*

Ianua parva quidem et parvus habitator in aede est.
Non spernas nardum, lector, in corpore parvum.
. . . .
Parva quidem res est oculorum, cerne, pupilla,
Sed regit imperio vivacis corporis actus:
Sic regit ipse domum totam sibi Nardulus istam:
'Nardule', dic lector pergens, 'tu parvule, salve!'

Cf. Wattenbach, GQ. I[7], *p.* 200*].* 6) *(Epist.* 172, *MG. Epist. IV, p.* 285*).* 7) *(Carm.* 27, *v.* 45, *Poetae Carol. II, p.* 292*).*

audit, ab artifice, quem arcam foederis aedificasse legimus [Exod. 31, 2 sq. 35, 30 sq.][1].

Talem virum, si historiam sui temporis scribendam sibi proponeret, opus rerum copia et dicendi ornatu eximium editurum fuisse facile quisque intelligit. Amplissimam scribendi materiam ei suppetiisse ex supra allatis iisque, quae de se ipso atque de epistolis — quas extare dicit — et legationibus ad imperatorem directis profitetur, patet; et veritatis non minus studiosum quam capacem in referendis[2] cladibus Francorum et fama sinistra de Karoli filiabus ac coniurationibus propter immanem Fastradae crudelitatem exortis agnoscimus.

Reliquis operibus eius Vita Karoli apud aequales et apud posteri aevi homines palmam praeripuit; nam nec ullius per medium aevum historici, [Paulo diacono et] Martino Polono exceptis, tot codices extare, nec cuiusquam eorum scripta ita certatim ab omnibus qui Karoli res attigerunt decerpta esse meminimus. Laudis eius partem Karolo, partem sibi Einhardus debet. Sane nec saeculis proxime antecedentibus nec sequentibus historicum inveneris, qui ea cogitationum vi, claritate sententiarum eaque dicendi arte excellat[3]. Debuit id studio Romanorum, Ciceronis praecipue et Suetonii, quem in tantum cordi habuit, ut non solum operis dispositionem, sed et integras haud raro sententias inde mutuatus esse videri possit[4]. Primus ei ante oculos versabatur, quem Karolus factis quodammodo aequaverat, Octavianus Augustus et Titus; sed nec Tiberium Claudiumve aspernatus est. Unde nonnulli operis loci, varie agitati, lucem accipiunt, e. g. quod cap. 4. dicit, se de nativitate et infantia vel etiam pueritia Karoli nec scriptis nec auditu aliquid percipere potuisse. Certe qualia Suetonius de Caesaribus nonnullis tradidit, talium de Karolo ex libris saltem hauriendorum facultas Einhardo non suppetebat; quam tamen ob causam recentiorum quidam acriter in eum invecti sunt, de Karolo anno 754. coronato sibi constare gloriati; quod nec Einhardum ignorasse utinam ex annalibus eius discere voluissent[5]! Ex Pauli diaconi libello de episcopis Mettensibus

1) [Einhartum variarum artium doctorem peritissimum dicit Cat. abb. Fuld., SS. XIII, p. 272]. 2) Hludowico imperante, et dum ipse primus eius consiliarius erat. 3) [Conferas velim iudicium Leopoldi Ranke, 'Zur Kritik Fränkisch-Deutscher Reichsannalisten' p. 4]; (Opera LI/LII, p. 96 sq. et p. 121—124). 4) (Cf. Fr. Schmidt, De Einhardo Suetonii imitatore. Progr. Bayreuth 1880). 5) [Sed ideo quoque annales ei abiudicant].

paucas sententias[1] *in librum suum recepit. Ut autem nemo alios impune imitatur, ita Einhardum quoque uno alterove loco eius rei poenas dedisse haud diffitear; nec omni annisu id effecit, ut antiqui plane sermonis compos fieret, quippe qui vel contra grammaticam aliquotiens peccaverit.*

Einhardi libellus, mox ut prodiit, ingenti omnium applausu exceptus, mox ab historicis qui Karoli tempora attigerunt saepissime defloratus est. Quorum numerus cum medii aevi decursu semper auctus sit, hic antiquissimos tantum eorum et Einhardo coaetaneos, Enhardum Fuldensem[2], *qui opus suum circa annum* 830. *incepit, chronographum Fontanellensem, Theganum, Anonymum Vitae Hludowici auctorem, nominasse sufficiat, quorum tres Karoli Vitam exscripsisse, Theganum eam saltem imitatum esse pro explorato habemus. Saeculo nono medio Ruodolfus Fuldensis monachus in historia translationis S. Alexandri plurima inde mutuatus est; Arnulfo rege poetam Saxonem Vitam versibus expressisse et saeculo duodecimo Rachwinum in Friderico imperatore depingendo eam prae oculis habuisse iam antea viri docti monuerant.*

Editiones anteriores fuerunt:

1. *Nuenarii anno* 1521, *dissertatione de origine et sedibus priscorum Francorum praemissa, et Einhardi annalibus subiectis. Codex quo ille usus est, aut ipse iam ab antiquis exemplis nimis recedebat, aut quod magis credo, ab editore, ut orationem concinniorem et magis Latinam redderet, multis in locis immutatus est. Cuius rei indicium id potissimum erit, quod in talibus reliqui omnes, quotquot supersunt, codices unanimi plerumque consensu a Nuenario recedunt*[3]. *Repetita est a.* 1532. *Basileae in collectione Scriptorum Germanicorum Frechtiana, a.* 1561. *(in exemplis, quae evolvi, ultimo numero in* 2 *mutato, iam* 1562. *legitur) Coloniae Agrippinae in* 12⁰, *a.* 1616. *Lipsiae excudente Iusto Iansonio in* 4⁰, *a.* 1707. *in Heineccii et Leukfeldi Scriptoribus rerum Germanicarum. Schminckius et a Beato Rhenano libris rerum Germanicarum a.* 1551. *insertam*

1) *(Quas G. H. Pertz non indicavit, respexisse videtur SS. II, p.* 265*).* 2) *(Quem Einhardum nostrum esse nemo iam, ut opinor, negat, quem Annalium Fuldensium priorem partem composuisse Fr. Kurze solus quidem contendit, reliqui iure, ut puto, negant; cf. H. Wibel, 'Beiträge z. Kritik der Ann. regni Franc. und der Ann. q. d. Einhardi',* 1902, *p.* 267—294, *et S. Hellmann, 'N. Archiv' XXXIII, p.* 729—737*).* 3) *[Quod iudicium postea mutari debuit, cum codex Steinveldensis, nunc Musei Britannici nr.* 21109, *repertus plerasque Nuenarii lectiones praebeat; v. 'Archiv' VII, p.* 364*].*

esse dicit, sed nec ego nec amicorum quisquam eiusmodi exemplum aspexit, et tali additioni ratio libri vehementer adversatur. Reliquae autem editiones omnes, licet haud raro ab ea recedant, Nuenarianae ut principio et fundamento suo innituntur.

2. *Iusti Reuberi in Scriptoribus rerum Germanicarum a.* 1584. *Codicibus duobus adhibitis libri Nuenariani lectiones primus suspectas reddidit, nec tamen emendare aggressus est. Eandem recensionem in altera SS. Reuberi editione a.* 1619. *et in Franzii historia Caroli Magni, Argentinae a.* 1644. *in* 4⁰, *invenies; tertius Scriptorum Reuberi editor, Ioannes, a.* 1726. *varietatem lectionis Schminckianae subiecit.*

3. *Freheri a.* 1613, *in Corpore SS. Francicae hist. p.* 433, *qui codicem nactus bonae notae, sed eo non ut oportuit usus est, quippe qui editionem Nuenarianam plerumque tam presse sequatur, ut vel vitia typographica ad calcem eius emendata rursus exprimat.*

4. *Andreae Duchesne tomo II. SS. Francic. a.* 1636. *Textum ope quinque codicum, qui inter regios Parisienses habeantur, correxit.*

5. *Bollandi a.* 1643. *editio eo anterioribus praestat, quod codicum suorum — inter quos fuit unus Paderbornensis societatis Iesu [nunc Bruxellensis nr.* 5815*] — ope locos aliquos, reiecta Nuenarii corruptione, restituit. Editor dissertationem de reliquis Karoli Vitis et de Einhardo praemisit, textui annotationes subiecit.*

6. *Friderici Besselii Helmstadii a.* 1667. *in* 4⁰. *Editio codicis Florentini (B* 2*) lectionibus prolatis excellit. Annotationes eius, licet multam eruditionem testantes, semper fere ululis Athenas portatis aequaveris.*

7. *Ioannis Hermanni Schmincke, Traiecti ad Rhenum a.* 1711. *in* 4⁰. *Primus codicum Bodleiani, Lugdunensis, Caiogonvillensis, Sionensis et Casselani, praeterea Alberti Stadensis aliorumque scriptorum qui Einhardum secuti sunt lectiones dedit, et textum summo annisu emendare et illustrare conatus, Besselii commentarium, Bollandi notas, Goldasti animadversiones eousque manuscriptas, Nuenarii dissertationem de origine Francorum, Freheri de statura Caroli Magni et suum de vita et scriptis Einhardi commentarium operi adiecit.*

8. *Bouqueti a.* 1744, *tomo V. SS. Gallicorum; adhibitis novem codicibus regiis Parisiensibus, quos inter et Chesnianos fuisse opinari licet.*

9. *Nicolai Heerkens, Groningae a.* 1755. *in* 8^{vo}; *Schminckium ut plurimum sequitur.*

10. *Gabrielis Godofredi Bredow, Helmstadii a.* 1806. *in* 8^{vo}. *Praeter vetera subsidia Alberti Stadensis et Henrici de Hervordia, qui Einhardum exscripserunt, lectiones attulit, et conquisitis undique quae Einhardo illustrando inservire possent, id praecipue efficere voluisse videtur, ut tristissimo tempore Germanos antiquae virtutis exemplo ad redintegrandam eam incitaret. Quod ad efficiendum utinam semper historia patria valeat!*

Post hos sexaginta codicum ope novam editionem instituit, quorum maiorem partem in Germaniae, Italiae, Helvetiae, Belgii, Galliae, Britanniae bibliothecis ipsemet evolvi. In tanta librorum copia inprimis spectandum erat, ut, quo nexu alter ab altero omnesque ab Einhardi authentico penderent, investigarem; levique negotio omnes qui modo supersint codices a duobus exemplis derivari animadverti.

G. H. PERTZ.

Sed infelici sane casu accidit, quod vetustissimus omnium fere codicum, quos vir de scriptoribus aevi Karolingici optime meritus collegit, idemque, cum novam editionem pararet, statim ei oblatus et diligenter ab ipso descriptus — Vindobonensem dico nr. 529, *tunc hist. prof. nr.* 667 — *saeculo IX. ex. exaratus, mendis non paucis est aspersus tam in singulis vocabulis scribendis quam etiam in verbis temere mutatis, additis vel omissis. Quorum pars in alios transiit codices recentioris quidam aetatis, sed propter affinitatem illam a Pertzio magni factos. Ideo etiam ipsa editio a.* 1829. *Scriptorum tomo altero p.* 433 *sqq. luci data et ter in minore forma, lectionis varietate omissa, repetita, praeterea ab Ideler ('Leben und Wandel Karls des Gr.' I, p.* 49—98*) a.* 1839, *et Teulet ('Oeuvres complètes d'Eginhard' I, p.* 1—114*) a.* 1840. *recepta, genuinam libri formam non satis expressisse dicenda est; id quod primus vidit et satis acerbe castigavit Ph. Jaffé, cum novam editionem Monumentis Carolinis (Bibliotheca rerum Germanicarum IV) a.* 1867. *insereret p.* 500—541, *quam etiam separatim recudi iussit, et a.* 1876, *curante V. Cl. W. Wattenbach*[1], *denuo impressam habemus.*

1) *Idem versionem Germanicam ab O. Abel in collectione illa 'Geschichtschreiber der D. Vorzeit' datam denuo edidit. (Repetitam in 'Geschichtschreiber,* 2. *ed., IX. Jahrh.', t. I.* 1888. *et ed.* 3. 1893*). Antea*

Jaffé, qui praefatione de vita Einhardi docte et acute egit, in libro recensendo tamen vix Pertzio fuit felicior. Nam codicem Parisiensem, ab hoc nescio cur neglectum[1], *iam nr.* 10758. *incriptum, saec. IX. ex. vel X. exaratum, nactus, ipsi nimium tribuit et etiam ea recepit, quae a reliquis fere libris omnibus aliena ne Einhardo obtrudamus, cavendum est.*

Interea non pauci codices vel reperti vel accuratius examinati sunt, quorum notitia etiam Pertzii sollertiam fugit, ita ut nunc circa octoginta recensere possimus. Quod hoc loco omittens[2], *id tantum moneam oportet, inter eos tres esse, qui aetate ita praecellunt, ut eorum lectionibus nos carere haud posse intellexerim, cum novam hanc editionem curandam suscepissem, Montispessulanum saec. IX. et duos Romanos saec. X. scriptos. Ne hi quidem mendis carent, immo satis superque ostendunt, quam brevi temporis spatio Einhardi, scriptoris studio litterarum et eleganti dictione conspicui, liber sit depravatus, nonnullis locis etiam temere mutatus. Lectiones aperte falsas nonnumquam ex Einhardi authentico, ut hoc vocabulum retineam, oriundas esse persuasum mihi habeo, eo fortasse explicandas, quod et ipse ex more saeculi verba librariis in calamum dederit. Alibi scripturae diversitatem illis tribuerim, quos in libro edendo occupatos videmus. Nam Walafridus Strabo Augiensis se titulos et incisiones inseruisse testatur*[3], *Gerwardus, 'Karoli et Hludowici bibliothecarius et praecipuus Einhardi amicus, tria in Karoli et Einhardi laudem disticha adscripsit', quae in codicibus (classis B) servata, ut Pertz recte monuit, ostendunt 'istos originem suam ad antiquissimum exemplum et Einhardo coaetaneum referre, dignos, qui studiosius ab editore evolvantur'. 'Nec', inquit, 'lectionum bonitas origini impar'. Neque tamen primum locum iis tribuit, secundam potius classem (B) ita instituens, eo, ut opinor, adductus, quod ipsius Einhardi praefatio omnibus deest. A quo recedere nolui. Haec recensio praeterea a ceteris codicibus praecipue uno differt loco, quo Hruodlandum inter occisos a Wasconibus omittit; cuius mentionem in Einhardi authentico*

versiones Germanicae quinque, Gallicae septem prodierunt; v. Potthast, Bibl. ed. 2. *I, p.* 396.

1) *Nam eum viderat, ut Legum t. I. praefatione edocemur, ubi p. XXX. codex tunc Suppl. Lat.* 164bis *notatus describitur et Einhardi liber suo loco affertur.*

2) 22 *a Pertzio nondum visos 'N. Archiv' VI, p.* 195 *sqq. attuli. (Accedit codex infra B* 3^{b} *signatus).*

3) *Praef. infra p. XXIX.*

una cum praefatione post additam esse fortasse conicere licet. Sed etiam tertiam recensionem (C) ut distinguamus, codices aliquot cogunt. Nam cum plerique libri tres tantum Karoli concubinas afferant, in illis quatuor nominantur, Madelgarda quadam adiecta. Duo praeterea huius recensionis libri locum omittunt, quo de filiabus Karoli Einhardus acerbius iudicavit. Haec sane alii eius temporis auctori tribuerim.

Dolendum sane est inter tot codices superstites ad auctoris aetatem nullum ascendere, sed vetustiores quoque circa 50 vel 60 annis post esse exaratos[1]. Quare minime in unius vel duorum librorum varia scriptura enotanda acquiescere potui, sed, omissa quidem magna lectionum congerie a Pertzio ex codicibus etiam recentioribus exscripta, ea afferenda duxi, quae codices saec. IX. et X. peculiaria praebent, nonnulla etiam ex libris saec. XI, apertos vero calami errores ne ex illis quidem recepi. De verborum scribendorum ratione, qua Einhardus vel amanuensis eius usus sit, certo certius iudicare haud licet, cum codices eiusdem aetatis saepe differant; neque illi constantem usum habuisse putandi sunt. Quare ne nimis ab usitatis formis recederem[2] cavi, sed quae vetustiores libri praebent in notas retuli.

Codices quorum rationem habui hi sunt:

A 1) V i n d o b o n e n s i s bibl. palat. nr. 529 (Hist. prof. 667), olim S. Eucharii Treverensis (Pertz 1), de quo supra dixi. Praefatione caret[3]. Apographum Pertzii manu factum inter schedas nostras servatum secutus sum. (Cum etiam Ph. Jaffé hunc codicem exscripsisset, eius adnotationes haud raro ab apographo Pertzii dissentirent, his locis dubiis inspectis H. Hirsch socius plerumque Pertzii lectionem adprobavit).

A 1*) (V i n d o b o n e n s i s bibl. palat. nr. 510 (Hist. prof. 654), (P. nr. 4), incertae originis[4], omnium librorum vetustissimus, qui procul dubio ante medium saec. IX. niti-

1) (Sed codex A 1* infra signatus viginti circiter tantum annis post Vitam compositam scriptus est). 2) Ideo non Ad pro At, quod pro quot, aliquod pro aliquot et alia eiusmodi scripsi, quae codices modo hi modo illi praebent. 3) Minime vero cod. Parisiensis 5925, quem Pertz 2^b inscripsit. 4) (Tegumini anteriori agglutinatum est fragmentum tabulae a. 1400, in quo legitur: unserm lesmaister den wir gen kungsteten senden. Locus dictus fortasse est Königstetten Austriae inferioris prope Tulln situs. Liber ergo saec. XV. conventus cuiusdam ordinis mendicantium Austriae fuisse videtur).

dissime scriptus sit[1]. Historiam Apollonii Tyrii multo post cum sequente libro coniunctam sequitur f. 31—55^{v}. Einhardi Vita Karoli praefatione ut A 1. 4. carens, cuius prima pagina[2] erasa et saec. XII ex. rescripta est, ut coniciendum est, quia volumine diu non ligato nimis attrita erat. Folio 37.[3] evulso quae hoc continebat[4] altera manu saec. XII. ex. suppleta sunt ex codice quodam classis B, ut evidentissime apparet, cum locus de Hruodlando ut in reliquis huius classis libris omissus sit. G. Waitz hunc librum classi B adscripsit, B 3 eum signans, G. H. Pertz eum recte classi A attribuit, signatum nr. 4, quae enim antiqua manu saeculi IX. scripta sunt ex libro huius classis profecta esse luce clarius patet. Ab hoc ipso antiquo scriba multa errata statim correcta, alia paulo post alia manu ex libro, cuius hic liber apographum fuisse videtur. G. H. Pertz iure hunc codicem magna opera scriptum esse dixit, pauca in eo inveniri vitia, neque tamen ei 'eam quae par erat tribuit auctoritatem', quod G. Waitz iustissime doluit, ipse tamen eum nimis neglexit. Quem librum Berolinum missum cum evolvissem, cognovi eum summi pretii, non solum omnium vetustissimum, sed et optimum omnium classis A esse, antiquissimas nominum propriorum formas, orthographiam optimam et antiquissimam servasse, unde in textu Vitae recensendo permagni eum feci. Vitam Karoli sequuntur nullo spatio intermisso Annales qui dicuntur Einhardi).

A 2) Vaticanus inter codices reginae Christinae nr. 339, saec. X, olim Sancti Galli, a Pertzio (nr. 18) frustra quaesitus, cum numerus ille falso ad Palatinos relatus esset, recte vero a L. Bethmann indicatus ('Archiv' XII, p. 275), (fol. 19^{v}—38^{v}), nunc ea qua excellit diligentia a V. Cl. Mau collatus[5]. Ex hoc pendent codd. A 2^{a})

1) (Pertz, SS. I, p. 131. et II, p. 433, et Catal. codd. in bibl. palat. Vindobon. asserv. I, p. 85. eum saeculo X, Fr. Kurze, SS. r. G., Ann. regni Franc. p. XII. saeculo IX. exeunte scriptum esse dixerunt. Scripturae specimen minus bene in Tabula VI. ad SS. I, p. 131. exhibitum est). 2) (Quae continet capitis 1. priorem partem Gens Meroingorum — p. 3, l. 16: quam unam et eam per- (pro prae[parvi]). G. H. Pertz dixit in hoc codice legi inscriptionem Gesta ac vita Karoli imperatoris deletam, quam ego non vidi). 3) Non aliquot folia exciderant, ut Pertz dixit. 4) (Scilicet cap. 9, p. 12, l. 13. impedimentorum partem — cap. 11, p. 14, l. 6: que filia, quae cancellata sunt, cum quae filia et antiqua manu saec. IX. f. 38^{r}. iam scripta sint. Ex partibus saec. XII. scriptis nihil adnotavi. Pertz dixit haec manu saec. XIII. suppleta esse, quod credi non potest, cum utraque manu saec. XII. saepissime ę pro ae scriptum sit). 5) (Inscriptus est: De vita Karoli Augusti).

Lugdunensis Lat. nr. 20[1], *saec. XII, (ex quo G. Waitz b. m. post editionem quartam huius libri in publicum emissam aliquantulam lectionem variam exscripsit*[2], *quam paucissimis locis, quibus alii codices eandem vel similem lectionem praebebant, adnotavi), Cantabrigiensis, Coll. Cai. nr.* 1071, *(P. nr.* 10*g), Vindobonensis nr.* 182 *(Hohendorf fol.* 16*), (P. nr.* 11*)*[3], *aliique a Pertzio numeris* 10 *et* 11 *indicati.*

A 3*) (Petropolitanus F IV.* 4, *saec. X. in monasterio S. Medardi Suessionensi scriptus*[4], *de quo vide 'N. Archiv' V, p.* 220. *VI, p.* 195, *Ann. regni Francorum ed. Fr. Kurze p. X sq. G. Waitz, cum editionem quartam pararet, aegre tulit, quod huius libri non compos factus esset, cuius variam lectionem I. R. Dieterich, quondam socius noster, ante aliquot annos, cum hic codex Berolinum transmissus esset, exscripsit. Affinis huius libri, sed non ex eo profectus esse videtur sequens codex, a Georgio Waitz A* 3 *signatus, cuius variam lectionem in quarta editione adnotatam retinui, iam nunc signatus):*

A 3ª*) Parisiensis nr.* 5927 *(P. nr.* 3*), saec. XI, ubi Vita Ademari chronico subiecta est (cf. SS. IV, p.* 111*), qui iam in c.* 17. *voce* basilica *deficit; sed apographum ibidem nr.* 5926 *exstare videtur. Aliud in cod. Petropolitano F. IV.* 3 *('N. Archiv' V, p.* 600 *sq. VI, p.* 195*). Hae in nominum formis originem Aquitanicam ostendunt.*

A 4*) Trevirensis nr.* 1286, *(P. nr.* 9*), olim Prumiensis, a.* 1084. *(ab Arnoldo scolari iubente Wolframmo*

1) *Eo conspicuus, quod praefationi hic praemittitur titulus (in libro Cantabrigiensi sequente repetitus, ubi* Alcwini *manu scribae scriptum est, unde coniciendum est hunc librum ex Lugdunensi profectum esse):* Incipit prologus (Alcuini *inter lineas post additum*) in vitam Caroli Magni regis Francorum et imperatoris Romanorum. 2) *(Ex qua dubitatio exoritur, num vere hic liber ex codice praedicto A* 2 *profectus sit).* 3) *(Inscriptus:* Incipit vita Karoli Magni imperatoris*).* 4) *Libri titulus est (in A* 3. 3ª*):* Vita et conversatio gloriosissimi imperatoris Karoli atque (atque *om. A* 3ª) invictissimi augusti incipit edita ab Eginardo (Eginhardo *A* 3ª) sui temporis impense doctissimo necnon liberalium experientissimo artium viro, educato a prefato principe, propagatore et defensore religionis Christianae, quam feliciter perlegendo currentes laetamini in Christo (quam felic. — Christo *om. A* 3ª). *Idem, paucis omissis vel mutatis, legitur in Parisiensibus nr.* 5354 *(*3ᶜ*), saec. XI, nr.* 5925 *(*2ᵇ*), saec. XIV, et nr.* 6264, *saec. XV, quem Pertz classi B (*2ᵇ*) adscribit, sed ex altero classis A (praefatione et titulo auctum esse) putat; in Vaticano Christ. nr.* 692 *(*3ᵇ*) saec. XII, et Christ. nr.* 637 *(*2*). chart. saec. XVII, qui proxime ad A* 1 *accedit. Hi omnes igitur eiusdem originis sunt.*

abbate Prumiensi) exaratus[1], (quem in usum huius sextae editionis Berolinum transmissum iterum contuli). Praefatione ut A 1. 1* caret et arta necessitate cum his coniunctus est.

A 5) Musei Britannici Cotton. Tiberius C XI, olim Traiectensis vel Egmundanus[2], (P. nr. 7), saec. X. (SS. II, p. 217), singulari nota c. 1. conspicuus, quae etiam in cod. Oxoniensi Bodl. Laud. H. 39 (P. nr. 7b), et Bruxellensi nr. 5815, olim Paderbornensi, (P. nr. 7c), legitur. Codicis satis vetusti lectiones exhibui, quas olim Faerber enotavit[3]; nonnumquam prope ad recensionem C accedunt.

B 1) Montispessulanus nr. 360, olim Pontiniacensis, saec. IX. vel X. in., omnium, nisi fallor, huius classis vetustissimus, quem a. 1837. in bibliotheca ditissima scholae medicinae evolvi ('Archiv' VII, p. 371), nunc vero Berolinum humanissime transmissum diligentissime contuli. Post Eusebii Historiae ecclesiasticae, ut hic legitur, a Paschasio Galiciae episcopo(?) translatae librum 10, cuius $2^1/_2$ tantum plagulae exstant, sequuntur Gesta Francorum, f. 29' — 48' (ita paginae recentiore manu recte notantur, fasciculo tertio, p. 18 — 23, a bibliopego post quintam perperam inserto) vero Einhardi liber, non una manu exaratus. Scribae rudes et inlitterati[4] — certe duos distinguere licet — hunc foedissimis mendis macularunt[5], sed perbono sane exemplari usi sunt, ita ut ad veram huius recensionis lectionem cognoscendam codex non parum conducat.

B 1*) Vindobonensis bibl. palat. nr. 473 (Hist. eccl. 90), olim S. Petri in Wormatia, (P. sign. B 1), saec. IX. ex.[6], qui nonnisi alteram Vitae partem (a cap. 18) Gestis pontificum Romanorum, Gestis regum Francorum et Annalibus Laurissensibus maioribus subiecit[7], ita ut continuam historiam ecclesiae et regni Francorum usque ad Ludowici I.

1) *(Qui et alia celeberrima opera historica continet; cf. SS. I, p. 539).* 2) *(Est celeberrimus codex, qui Annales Xantenses, tabulas Traiectenses, Annales Egmundanos continet; cf. quae postremus attulit B. de Simson, SS. r. G., Ann. Xant. et Vedast. (1909) p. V. Saltem prior pars huius codicis haud dubie ecclesiae Traictensis fuit; cf. K. Foltz, 'N. Archiv' V, p. 270).* 3) *(Inscriptionis nihil nisi* Einardus . . . . . *iam legitur, reliquis extinctis).* 4) *Singulari sane scribendi ratione usi sunt. Ut pauca afferam:* donno, colunna; genmis; anplius, Novenbr.; nom (= non), im parte, com, cumcubina; cunti, accinti; mannitudo; apelare, potuiset, dificilis, belum; ecciam, ressistere, exsempto; pulchellima *et* pulchelrima; onor, ilaris, oc, aud (= haud), hac (= ac); qin, qam, qoque. 5) *e. gr.* is *legitur pro* a: crudelitistis (*pro* crudelitatis), proceritistem (*pro* proceritatem). 6) *(Saec. X. MG. Gesta pontif. I, p. LXXXIX).* 7) *(Cf. SS. I, p. 129).*

imperatoris tempora efficeret. (Hunc librum me petente in usum huius sextae editionis iterum contulit H. Hirsch socius).

B 2) *Florentinus inter Laurentianos LXV,* 35, *(P. sign. B* 2), *saec. XI, quo etiam magnum historicorum corpus continetur: Prosperi Chronicon, Iordanis Getica, Gesta Francorum, Pauli Historia Langobardorum (cf. 'Archiv' XII, p.* 720[1]). *(Cum B* 1* *ita convenit, ut appareat utrumque librum ex eodem exemplari profectum esse. Hic vero multo mendosius quam vetustior B* 1* *scriptus). (Hunc librum in usum nostrum iterum V. Cl. H. Dreyer contulit). Ex B* 2 *vel valde simili exemplari pendent quam plures codices qui in monasteriis Austriae Zwetlensi et Claustroneoburgensi servantur vel ex aliis eius regionis in bibliothecam Vindobonensem transierunt.*

B 3) *(signavi codicem deperditum Walahfridi Strabi — qui suum prologum Vitae Karoli praemisit, textum eius in capita inscriptionibus ornata divisit, ut supra p. XVII. dictum est — vel potius consensum codicum recensionem Walahfridi exhibentium qui supersunt, cum hi non ex ipso codice Walahfridi, sed ex apographo eius vel ex exemplari apographi profecti esse videantur*[2]. *In usum enim huius sextae editionis evolvi tria huius recensionis, quae supersunt, exemplaria, cum iusto iure coniecissem codicem Walahfridi egregiae fuisse notae, ut cognoscerem, qualis textus ex consensu horum trium librorum restitui posset. Quo facto cognovi librum, ex quo hi profecti sint, vere optimum classis B et perantiquum, qui etiam formas quasdam nominum propriorum saeculi IX. servasset, fuisse. Et in textu Vitae Karoli recensendo inde bonum fructum percepi et quaedam in prologo Walahfridi emendare potui, tum vero capitum nonnullorum a Walahfrido institutorum initia atque inscriptionum verum textum nunc demum statui*[3]. *Omnes quidem tres codices huius recensionis demum saec. XV. scripti sunt, et B* 3$^{a. b}$ *ex eodem exemplari recentiore profecti, ut textus mutilus in B* 3^{c} *servatus eiusdem sit auctoritatis ac consensus librorum B* 3$^{a. b}$. *Sunt vero hi codices):*

B 3^{a}) *bibliothecae universitatis Havniensis inter Arn. Magn. nr.* 830, *olim monasterii Kirschgarten prope Wormatiam, ('Archiv' VII, p.* 371 *sq.) f.* 34^{r} — 40^{r}[4].

1) *(Auct. antiquiss. IX, p.* 356. *vide, in quibus libris de hoc codice actum sit).* 2) *(Quia omnes tres in prologo idem habeant mendum, infra p. XXVIII, n.* 1). 3) *(In B* 3$^{a. b}$ *tituli singulis capitibus praescripti sunt, in B* 3^{c} *index capitum post Walahfridi prologum positus, singulis capitibus numeri adscripti).* 4) *(Ante*

B 3^{b}) (bibliothecae universitatis Friburgensis Brisgaviae nr. 468, a. 1497. scriptus, qui saec. XVIII. fuit fratrum Capucinorum in Waghäusel archiducatus Badensis[1], f. 51^{r}—77^{r}. Vitam Karoli cum prologo Walahfridi[2] continet[3]; de quo codice a. 1892. B. de Simson retulit in 'Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins N. F.' VII, p. 313—319, varia lectione prologi Walahfridi enotata).

B 3^{c}) bibliothecae regiae Hannoveranae XIII, nr. 859, olim sanctimonialium in Wittingen principatus Luneburgensis, (Pertz B 8), (qui f. 26^{r}—36^{r} et prologi Walahfridi et Vitae Karoli tantum excerpta exhibet; prologi excerpta edita SS. II, p. 440).

Eiusdem classis B codice etiam Benedictus monachus S. Andreae usus est, cum saec. X. chronicon conderet, cuius autographon in bibliotheca Chigiana Romae adservatur (SS. III, p. 695). Hanc Vitae editionem eo tempore per Galliam, Germaniam, Italiam esse propagatam codices iam allati satis probant.

C 1) Parisiensis nr. 10758 (Suppl. Lat. 164^{bis}), saec. IX. vel X, de quo supra p. XVII. monui[4]. B. m. Jaffé eum diligenter excussit et, ut eius verbis utar, 'hunc fere unice secutus' est. Neque tamen singula verba[5] neque in universum libri forma, ut laudi nimiae ei impensae assentiamur, suadere possunt[6]. Ex hoc descriptus est C 1^{a}) Parisiensis nr. 4628 A, itidem saec. X. exaratus (P. nr. 6)[7].

C 2) Vaticanus inter Palatinos nr. 243, olim S. Nazarii Laureshamensis, (f. 33^{r}—48^{v}), a b. m. L. Bethmann ('Archiv' XII, p. 332) in saec. IX, a V. Cl. Mau, qui eum cum editis comparavit, potius in saec. X. positus. Praefatione caret et in fine, quaternione amisso, mancus

Einhardi cap. 1. habet inscriptionem: Incipit historia Karoli Magni imperatoris ab Einhardo conscripta). 1) (A. 1830. fuit cuiusdam viri Philippsburgensis oppidi ad Rhenum fluvium haud procul a Waghäusel siti, cuius nomen deletum est). 2) (Sequitur f. 77^{r}—122. Legenda Karoli Magni a G. Rauschen a. 1890. edita, qui hoc libro non usus est). 3) (Ante Einhardi cap. 1. titulum habet: Incipit opusculum quod Einhardus in ordine anglicorum [lege aulicorum] eximius de vita et gestis Karoli Magni imperatoris Francorum composuit more illorum qui Romanorum cesarum vitas summatim pocius quam singulorum distinctione scripserunt annorum). 4) (Inscriptionem ante praefationem habet: Vita Karoli imperatoris ab Einhardo dictata. De quibusdam locis dubiis huius codicis V. Cl. H. Lebègue mihi retulit). 5) Quae saec. IX. medio Meginhardus in Transl. S. Alexandri (SS. II, p. 675 sq.) ex Einhardo exscripsit minime cum hoc codice conveniunt. 6) (Huic iudicio non adsentior, magni hunc librum faciendum, inter optimos librorum Vitae Karoli eum recensendum esse mihi persuasum est). 7) (Titulum habet: Vita Caroli Magni ab Einardo dictata).

est. Ceterum ubique fere cum C 1 *convenit, neglegentius tamen exaratus et non paucis mendis aspersus.*

Huc pertinent etiam codices C 3) *Parisiensis nr.* 17056 *(Notre Dame* 133*), saec. XII, et qui Pertzio teste*[1] *(*8 *et* 8* *notati) ex eo descriptus est Parisiensis nr.* 6187[2], *saec. XIII; C* 4*) Musei Britannici nr.* 21109 *(olim Steinveldensis)*[3]*; qui Madelgardam concubinam addunt, locum vero de filiabus Karoli in C* 1. 2 *omissum retinuerunt.*

Ex his codicibus cum ea enotarem, quae alicuius momenti esse videbantur ad lectionem acceptam probandam et diversas libri recensiones et arbitrarias mutationes iam saec. X. factas diiudicandas, haud timeo, ne lectoribus vere rei criticae studiosis nauseam facerem vel oculos eorum pulvere inutili obfuscarem; sed id egi, ne meum iudicium aliis obtruderem vel etiam formam depravatam pro genuinis Einhardi verbis venderem. Haec vero tunc potissimum assecutus esse mihi videor, ubi codices B cum vetustioribus classis A vel C conveniunt. Addidi etiam glosas codicis Steinveldensis (C 4*) et quae in aliis codicibus addita vel interpolata sunt.*

Adnotationes paucas iis adieci, quas Pertz recipere voluit, easque pariter atque supra in praefatione factum est, uncis [—] inclusi, ubi Jaffé vel Wattenbach secutus sum eorum nomine adscripto.

Denique retinenda duxi, quae Pertz alteri huius libri editioni minori subiunxit, carmina historiam Karoli Magni illustrantia. De quibus ita monuit: 'Quorum primum de victoria Pippini Avarica anni 796, *numquam antea editum, ex codice bibliothecae regiae Berolinensis circa annum* 800. *exarato propono*[4]. *Paulini versus in obitum Erici ducis Foroiulani a.* 799. *prope Tarsaticam occisi ope codicum*

1) *Praeterea affert codicem* 10f *qui est Lugdunensis et ubique fere cum A* 2 *convenit. Goldasti apographum, numero* 12. *indicatum nunc in bibliotheca Bremensi, nisi valde fallor, ex C* 1 *sumtum est.* 2) *(Uterque codex post praefationem inscriptionem habet:* Vita Karoli Magni imperatoris ab Einardo abbate, capellano suo, descripta*).* 3) *(De quo vide 'Archiv' VII, p.* 364 *sq.).* 4) *(Quod ex eodem codice Dieziano B* 66. *p.* 127. 128. *a me reviso edidit E. Dümmler, Poetae Carolini I, p.* 116 *sq. De quo cf. W. Meyer in 'Zeitschrift für Deutsches Altertum' XLIII* (1899), *p.* 143. *et in 'Festschrift d. Kgl. Ges. d. Wiss. zu Göttingen' (Berlin* 1901*) p.* 168*).*

Bernensis et Parisiensis emendavi[1]; *Planctus Karoli ex codicibus Veronensi, Parisiensi et Bruxellensi iterum prodit*[2]; *carmen de sancto Karolo, eius canonizatione posterius'.*

Anno 1880. *G. WAITZ.*

Cum anno 1905. *quintam editionem Vitae Karoli Magni pararem, cuius quartam editionem, primam arte critica qua oportuit institutam, Georgius Waitz anno* 1880. *recensuerat, satis habui lectionem duorum codicum post editionem quartam collatorum (A* 3. 2^{a}*) addere, perpauca in textu emendare, apparatum criticum mendis aliquot purgare, in hac sexta vero editione textum Vitae Karoli et prologi Walahfridi iterum recensui, collatis libris A* 1*. 4. *B* $3^{a.b.c}$ *a me ipso, B* 1* *a socio H. Hirsch, B* 2 *a V. Cl. H. Dreyer, cum et de codicibus A* 1 *et C* 1 *quae petiveram mihi amicus H. Hirsch et V. Cl. H. Lebègue retulissent, haud multis locis, tamen aliquot textum a G. Waitz constitutum mutandum esse intellexi, praesertim nomina propria quaedam aliaque orthographica quaedam submutanda esse cognovi, mox in annalibus nostris ('Neues Archiv') acturus de classibus codicum Vitae Karoli, ubi exponam, qua ratione textum recognoverim.*

Praefationes Georgii Heinrici Pertz, cuius magna pars in editione quarta repetita erat, et Georgii Waitz[3] *non, quantum fieri potuit, mutatas recudendas curavi, quamvis aegre ferrem, quod hic pro priore non novam vitam Einhardi composuerit, in adnotationibus librorum laudatorum novas editiones pro prioribus posui, paucissima, quae utilia visa sunt, addidi, uncis his (—) includens quae a me inserta erant.*

Einhardi libellum a. 1882. *Alfredus Holder (Friburgi et Tubingae) iterum edidit*[4], *textum Waitzianum perraro ex recensione Jaffeana mutatum repetens, orthographica quaedam arbitratu suo scribens, retinens etiam quaedam, quae G. Waitz prudens scribere noluisset.*

1) *(Quos E. Dümmler edidit Poetae Carolini I, p.* 131 *sqq., ex quo volumine lectionem variam adscripsimus. Vide ibid. p.* 124 *sq. de libris manu scriptis et editionibus huius carminis).* 2) *(Quem iterum E. Dümmler edidit l. l. I, p.* 434 — 436, *quarto etiam codice Treverensi adhibito).* 3) *Ex hac plura resecari, alia pro iis addi oportuit.* 4) *Editionem Georgii Heinrici Pertz audacter recudit J.-P. Migne, Patrol. Lat. XCVII, p.* 9 — 62.

Praeter ea, quae iam supra adnotavi, moneo Eugenium Bacha a. 1888.[1] Leodii, Fridericum Kurze a. 1899. Berolini librum de vita Einhardi edidisse[2], quaedam de vita eius tractasse a. 1896. Karolum Hampe 'N. Archiv' XXI, p. 599—631[3]. Non facere possum, quin pauca addam de quaestione saepe tractata, utrum scilicet Einhardus in Vita Karoli M. Annales qui dicuntur Einhardi exscripserit, an annalista iam Vitam Karoli legerit. Annales ante Vitam compositos esse omnes quondam consentiebant, et E. Dünzelmann docuit 'N. Archiv' II, p. 495 sqq., quomodo Einhardus in Vita componenda Annales adhibuerit, quod E. Bernheim, cum de Vita ageret, in 'Historische Aufsätze dem Andenken von G. Waitz gewidmet' (Hannoverae 1886) p. 73—96. luculentius exposuit. At Fr. Kurze, cum sibi persuasum haberet Annales Einhardo addictos demum post a. 829. confectos esse, ut contendit in libellis 'N. Archiv' XIX, p. 297—339. XX, 11—49. XXI, 11—82. et in praefatione Annalium regni Francorum p. VII sq., Vitam in Annalibus exscriptam esse ut concluderet, coactus est. Cui cum contradixisset E. Bernheim in 'Deutsche Zeitschrift für Geschichtswissenschaft' N. F. I (1897), 'Monatsblätter' p. 129—134, et ille respondisset ibidem p. 257—261, E. Bernheim rem denuo tractavit in 'Hist. Vierteljahrsschrift' I (1898), p. 161—180, Friderico Kurze opinionem suam iterum defendente 'N. Archiv' XXVI, p. 153—164. Denique eam refellerunt ac reprobaverunt H. Bloch in 'Götting. gelehrte Anzeigen' 1901, p. 872—897, et H. Wibel, 'Beiträge zur Kritik der Annales regni Francorum und der Annales q. d. Einhardi' (Strassburg 1902) p. 168—229, docentes Annales illos ante annum 817. conscriptos, Vitam Karoli Magni post hunc annum compositam esse collato loco Annalium qui dicuntur Einhardi de Abodritis cum cap. 12. Vitae[4], assentiente etiam Ernesto Dümmler in editione septima libri a Wilhelmo Wattenbach compositi, 'Deutschlands Geschichts-

1) 'Étude biographique sur Eginhard'. 2) In quo libello et de Annalibus Blandiniensibus et Seligenstadensibus (Fuldensibus) ab Einhardo compositis repetivit quae iam antea nulla iusta ratione nisus coniecerat. 3) Ubi p. 613 sq. de ecclesia Mulinheimensi. Liber, quem M. Bondois scripsit, iam supra p. X, n. 6. allatus est; de quo cf. 'N. Archiv' XXXIII, p. 233 sq., nr. 20. 4) Cum enim Annales ad a. 798. habeant, SS. R. G. p. 105: Nam Abodriti auxiliares Francorum semper fuerunt, ex quo semel ab eis in societatem recepti sunt, Einhardus c. 12. scripsit: Abodritos, qui cum Francis olim foederati erant, cum illa gens a. 817. rebellasset.

quellen' I, p. 219[1]. *Atque H. Wibel optimo iure locum illum cap.* 17. *Vitae Karoli, quem iam alii ante eum animadverterant, attulit, quo Einhardus dixit Karoli Magni diebus nec Galliam nec Germaniam a Nordmannis neque Italiam a Mauris gravi damno adfectas esse, ut probaret Vitam Karoli multo post eius mortem compositam esse, apparet enim Einhardum hoc loco iam respexisse clades ab his populis Hludowico imperatore acceptas. Scimus Danos a.* 817. *Holsatiam, Nordmannos a.* 820. *quaedam ora regni invasisse, postea demum a.* 828. 834. 835. *de eorum incursionibus maioribus relatum est. Sane quidem nec de eorum nec de Maurorum irruptionibus omnibus nobis traditum esse praesumendum est, tamen Vitam Karoli demum post a.* 820. *quam ante, forte etiam post a.* 825.[2] *compositam esse facilius crediderim.*

Quae cum ita sint, aliquot locos Annalium cum Vita verbis convenientes iam in editione quinta quam brevissime adscripseram, alios in hac editione addidi, omnes adnotare nolui, cum lectorum nemo ignoret multo plura Annalium ipsi cum Vita conferenda esse. Nec dubito, quin Einhardus hos ipsos, quos habemus, Annales q. d. Einhardi habuerit et in Vita componenda adhibuerit[3]*; quae enim in ea cum aliis Annalibus, ut Sithiensibus, magis quam cum illis conveniunt, talia sunt, ut iis nihil demonstrari posse credam. Negare nolo Einhardum et alios Annales, quos non habemus, adhibuisse, neque tamen quidquam de his cognosci posse opinor. Paucas alias adnotationes adieci, inter quas quaedam verba Suetonii, quae Einhardum imitatum esse M. Manitius 'N. Archiv' VII, p.* 530—533. *inter alia recte statuerat vel alibi inveneram, locis a Georgio H. Pertz iam allatis addidi. Quae vero M. Manitius ibidem p.* 519 —568. *et 'N. Archiv' XI, p.* 67. *XII, p.* 205 *sq. ex aliis auctoribus antiquis ad Vitam attulerat, omnia fere neglexi.*

Gratias magnas ago Viro Cl. B. de Simson et Erico Caspar socio, qui mecum quaedam ad Vitae Karoli cap. 15. 29. *communicaverunt.*

Berolini a. d. V. Idus Iulias anni 1911.

O. Holder-Egger.

1) *Quae Fr. Kurze contra horum sententiam 'N. Archiv' XXVIII, p.* 626 *sq.* 659 *sq. protulit vere pro nihilo habenda sunt, quae etiam H. Wibel ibid. p.* 682 *sq. reiecit.* 2) *Lupus hunc libellum demum non ante a.* 830. *legisse videtur (cf. supra p. VII, n.* 8*), quod mirum esset, si liber iam multo tempore ante editus fuisset.* 3) *Cf. H. Wibel, 'Beiträge' p.* 168 *sqq.*

(Iam hoc loco damus prologum Walahfridi, de cuius codicibus qui supersunt vide supra p. XXII sq. Orthographiam codicum recentiorum et in prologo et in inscriptionibus capitum aliquatenus mutavimus scribentes ae *et* oe *pro* e *simplici et* ti *pro* ci *morem saeculi IX. secuti. Huic prologo subiunximus versus Gerwardi*[1] *bibliothecarii Hludowici imperatoris*[2] *post finem Vitae Karoli in codicibus classis B scriptos).*

WALAHFRIDI PROLOGUS[a].

Gloriosissimi imperatoris Karoli[b] vitam et gesta, quae subiecta sunt, Einhartus[c], vir inter omnes huius temporis palatinos[d] non solum pro scientia, verum et[e] pro universa morum honestate laudis egregiae, descripsisse cognoscitur et purissimae veritatis, utpote qui his[f] paene omnibus interfuerit, testimonio roborasse. Natus enim in Orientali Francia, in pago qui dicitur Moingeuui, in Fuldensi coenobio sub pedagogio sancti Bonifacii martiris prima puerilis[g] nutriturae rudimenta suscepit. Indeque[h] potius propter singularitatem capacitatis et intelligentiae, quae iam tum in illo magnum, quod postea claruit, specimen sapientiae promittebat, quam[i] ob nobilitatis, quod in eo munus[k] erat insigne, a Baugolfo[l] abbate monasterii[m] supradicti in palatium Karoli translatus est; quippe[n] qui omnium regum avidissimus erat sapientes diligenter inquirere et, ut cum omni delectatione philosopharentur[o], excolere. Ideo[p] regni a Deo sibi commissi nebulosam et, ut ita dicam[q], paene caecam latitudinem totius scientiae nova irradiatione et huic barbariei ante partim incognita luminosam reddidit Deo illustrante atque[r] videntem. Nunc vero relabentibus in contraria studiis lumen sapientiae, quod minus dili-

a) *B* 3b *hanc inscriptionem habet:* Prologus vite et gestorum Karoli imperatoris; *in cod. B* 3c *haec praemittuntur:* Gesta Karoli Magni secundum Strabum. Ex cronica Sancti Albani Magun̄. b) K. magni *B* 3c. c) Einhardus *B* 3b. d) palatinus *B* 3b. e) eciam *B* 3b. f) hiis *B* 3a; his qui *corr.* qui his *B* 3b; utp. quibus *B* 3c. g) puer. nutr. *om. B* 3c. h) In̄(de) *B* 3c, *ubi* potius — insigne *(l. 22) om.* i) qui *B* 3a (Q'). 3b. k) *sic B* 3a.b; *non* miinus, *sed* mûnus *habet B* 3a, *et* û *per totum codicem* = u *scriptum est.* l) ab augolfo *B* 3a.c; ab augulffo *(vel* anguiffo*) B* 3b. m) monasterio *B* 3c. n) quippe — videntem *(l. 30) om. B* 3c. o) philosopharent *B* 3b. p) Ideoque *B* 3b. q) dixerim *B* 3b. r) atque vid. *om. B* 3a; *vide n.* n.

1) *(Repetitos Poet. Carol. II, p.* 126*).* 2) *(Cf. Einhardi Transl. SS. Marcellini et Petri IV,* 7, *SS. XV, p.* 258; *ad quem Gerwardum dedit Einhardus epist.* 52, *MG. Epist. V, p.* 135*).*

gitur, rarescit in plurimis. Predictus itaque homuncio — nam statura despicabilis videbatur — in aula Karoli, amatoris sapientiae[a], tantum gloriae incrementi[b] merito prudentiae et probitatis est assecutus, ut inter omnes maiestatis[c] regiae ministros paene nullus haberetur, cui rex id temporis potentissimus et sapientissimus plura familiaritatis suae secreta committeret. Et[d] re vera non immerito, cum non modo ipsius Karoli temporibus, sed et — quod maioris est[e] miraculi — sub Ludowico[f] imperatore, cum diversis[g] et multis perturbationibus Francorum res publica fluctuaret et in multis decideret, mira quadam et divinitus provisa libratione se ipsum Deo protegente custodierit, ut sublimitatis[h] nomen, quod multis invidiam comparavit et casum[i], ipsum nec immature deseruerit nec periculis irremediabilibus manciparit. Haec dicimus, ut in dictis eius minus quisque habeat dubitationis, dum[k] non ignoret[l] eum et dilectioni provectoris sui laudem precipuam[m] et curiositati lectoris[n] veritatem debere[o] perspicuam. Huic opusculo ego Strabus[p] titulos et incisiones, prout visum est congruum, inserui, ut ad singula facilior[q] quaerenti quod placuerit elucescat accessus[r].

GERWARDI VERSUS.

Hos[s] tibi versiculos ad laudem, maxime princeps,
 Edidit aeternam memoriamque tuam
Gerwardus supplex[t] famulus, qui mente benigna
 Egregium extollit nomen ad astra tuum.
Hanc prudens gestam noris tu scribere, lector,
 Einhardum[u] Magni[v] magnificum Karoli.

a) sciencie *B* 3[b]. b) incrementum *B* 3[b]. c) regie maiest. *B* 3[b]. d) Et — manciparit *(l. 15. 16) om. B* 3[c]. e) mirac. est *B* 3[b]. f) lodowico *B* 3[a]. g) multis et div. *B* 3[b]. h) *sic B* 3[a] (subli[t]?, *non* subtilitatis). 3[b]. i) *sic B* 3[b]; ccisum, *quod et* casum *legere posses, (non* risum*) B* 3[a]. k) dum — perspicuam *(l. 19) om. B* 3[c]. l) ignorat *B* 3[b]. m) precipuum *B* 3[a.b]. n) lcor̄ (*non* lectorum) *B* 3[a]. o) *sic B* 3[a.b]; prebere *male correxit JAFFE.* p) *sic B* 3[c]; strabo *B* 3[a]; scriba *B* 3[b]. q) facir *B* 3[c]; ad fac. sing. *B* 3[a]. r) Finit prologus *add. B* 3[b.c]; Explicit prologus *add. B* 3[a]. s) *hi versus post finem Vitae Karoli in codicibus classis B scripti desunt B* 3[b], *v.* 5. 6. *tantum adsunt B* 3[c]. t) suplex *B* 1*. u) einhardum *radendo corr.* einhardi *B* 1; einchardum, einardum, enchardum *recentiores codd. B.* v) magnum *B* 2.

Vitam[a] et conversationem et ex parte non modica res gestas[b] domini[c] et[d] nutritoris mei Karoli, excellentissimi et merito famosissimi regis, postquam scribere animus tulit[1], quanta potui brevitate conplexus[e] sum, operam inpendens[f], ut de his quae ad meam notitiam pervenire potuerunt nihil omitterem neque prolixitate narrandi nova quaeque fastidientium animos offenderem; si tamen hoc ullo modo vitari potest, ut nova scriptione non offendantur qui vetera et a viris doctissimis atque disertissimis[g] confecta monumenta[h] fastidiunt. Et quamquam plures esse non ambigam, qui otio ac litteris dediti statum aevi praesentis non arbitrentur ita neglegendum, ut omnia penitus quae nunc fiunt velut nulla memoria digna silentio atque oblivioni[i] tradantur, potiusque velint amore diuturnitatis inlecti aliorum praeclara facta qualibuscumque scriptis inserere quam sui nominis famam posteritatis memoriae nihil scribendo subtrahere, tamen ab huiuscemodi scriptione[k] non existimavi temperandum, quando mihi conscius eram[2] nullum ea veracius quam me scribere posse, quibus ipse interfui, quaeque praesens oculata, ut dicunt, fide cognovi et, utrum ab alio scriberentur necne, liquido scire non potui. Satiusque iudicavi eadem[l] cum aliis velut communiter litteris mandata[l] memoriae posterorum tradere quam regis excellentissimi et omnium sua aetate maximi clarissimam[m] vitam et egregios atque moderni temporis hominibus vix imitabiles actus pati oblivionis tenebris aboleri. Suberat et alia non inrationabilis, ut opinor, causa, quae vel sola sufficere posset, ut me ad haec scribenda conpel-

a) *Praefatio haec deest* A 1. 1*. 4. B. C 2. b) mod. gestas *corr.* gesta A 3, *et ita* A 3a. c) domni A 2. 2a. P. d) et nutr. mei *om.* A 3a. e) *ita plerumque codices vetustiores, quare hanc ubique praetuli formam.* f) *sic* A 2. 3. C 1, *alibi codices modo* imp., *modo* inp., *saepe* īp., *(recepi quod antiquissimi libri habent), et antiquissimi codd. plerumque* inl. *et* inm., *rarius* imm. *vel* īm. *habent, (ubi* inm. *scriptum).* g) dissert C 1. h) munimenta *corr.* monimenta A 2, *et ita* A 2a. P. i) oblivione P. k) discriptione A 3; descriptione A 3a. l) eandem . . . mandatam A 3. 3a. m) clar. *om. (ubi* maximam*)* A 3a.

1) *Cf. Ovidii Met. init.:* In nova fert animus. *WATT. (Sed aptius alios locos afferre potes ut Lucan. Phars. I, 67. Cf. Thes. linguae Lat. II, col. 96).* 2) *(Sulp. Sev. Vita Martini c. 27, 7:* Ego mihi conscius sum me . . . vera dixisse*).*

leret, nutrimentum videlicet in me inpensum et perpetua, postquam in aula eius conversari coepi, cum ipso ac liberis eius amicitia; qua me ita sibi devinxit debitoremque tam vivo quam mortuo constituit, ut merito ingratus videri et iudicari possem, si tot beneficiorum in me conlatorum inmemor clarissima et inlustrissima hominis optime[a] de me meriti gesta silentio praeterirem patererque vitam eius, quasi qui numquam vixerit, sine litteris ac debita laude manere[b]; cui scribendae atque explicandae non meum ingeniolum, quod exile et parvum, immo poene[c] nullum est, sed Tullianam par erat desudare facundiam. En tibi librum praeclarissimi et maximi viri memoriam continentem; in quo praeter illius facta non est quod admireris[d], nisi forte, quod homo barbarus[1] et in Romana locutione perparum exercitatus aliquid me decenter aut commode Latine scribere posse putaverim atque in tantam inpudentiam proruperim, ut illud Ciceronis putarem contemnendum, quod in primo Tusculanarum[e] libro[2], cum de Latinis scriptoribus loqueretur, ita dixisse legitur: *Mandare quemquam[f]*, inquit, *litteris cogitationes suas, qui eas nec disponere nec inlustrare possit[g] nec delectatione aliqua adlicere lectorem, hominis est intemperanter abutentis et otio et litteris.* Poterat quidem haec oratoris egregii sententia me a scribendo deterrere, nisi animo praemeditatum haberem hominum iudicia potius experiri et haec[h] scribendo ingenioli mei periculum facere quam tanti viri memoriam mihi[i] parcendo praeterire.

VITA[k] KAROLI IMPERATORIS.

1.* Gens[3] Meroingorum[l], de qua Franci reges sibi creare[m] soliti erant, usque in Hildricum[n] regem, qui iussu

*) *Rubra Walahfridi c.* I: De[o] Meroingis[p], qui multo tempore Francis vano regum nomine imperaverunt.

a) optimi *A* 3. 3^a. b) remanere *A* 2. 2^a. 5; laudare manere *C* 1^a. c) *ita hoc loco A 2, alibi plerumque codd. vet.; om. A* 3^a. d) mireris *A* 5. e) tusculanorum *A* 2. 2^a. f) quendam *A* 2^a. g) posset *A* 2. h) haec *om. A* 3. 3^a. *P.* i) mihi *om. A* 5. k) *ita A* 1. 2; Explicit prologus. Incipit vita *A* 2^a; (Explicit *A* 3^a). Actus prefati (A. Caroli *A* 3^a) imperatoris feliciter incipiunt *A* 3. 3^a; Explicit praefatio, incipit vita Caroli *A* 5; Incipit gesta Karoli *B* 2; Explicit praefatio. Incipit liber *C* 1; *nulla inscriptio A* 1*. 4. *B* 1. *C* 2. l) merouingorum *A* 1. *P.*; merohingorum *A* 3; meringorum *A* 2. *C* 2; morahinguorum *C* 3. m) recreare *B* 2. n) childricum *B* 1; hildrichum *C* 1. *J.*; hildericum *A* 2^a. 3. *P.*; gildericum *A* 3^a. o) *haec incriptio om. B* 3^b. p) id est crinitis *superscr. B* 3^c.

1) *i. e. Germanus.* 2) *Cap.* 3, 6. 3) *Cf. Suetonii Octav. Augustum c.* 1: Gentem Octaviam *etc.*

Stephani[1] Romani pontificis depositus ac detonsus atque in monasterium* trusus est[2], durasse putatur. Quae licet in illo finita possit[a] videri, tamen iam dudum nullius vigoris erat, nec quicquam in se clarum praeter inane regis vocabulum praeferebat. Nam et opes et potentia regni penes[b] palatii praefectos, qui maiores domus dicebantur, et ad quos summa imperii pertinebat[c], tenebantur. Neque regi[d] aliud relinquebatur, quam ut regio tantum nomine contentus crine profuso[e], barba summissa, solio resideret ac speciem dominantis[f] effingeret, legatos undecumque venientes audiret eisque abeuntibus responsa, quae erat edoctus[g] vel etiam iussus, ex sua velut potestate redderet; cum praeter inutile regis nomen et precarium vitae stipendium, quod ei praefectus aulae prout videbatur exhibebat, nihil aliud proprii possideret quam unam et[h] eam praeparvi[i] reditus villam[3], in qua domum et[k] ex qua famulos sibi necessaria ministrantes atque obsequium exhibentes paucae numerositatis habebat. Quocumque eundum erat, carpento ibat, quod bubus[l] iunctis et bubulco rustico more agente trahebatur. Sic ad palatium, sic ad publicum populi sui conventum, qui annuatim ob regni[m] utilitatem celebrabatur[n], ire, sic domum redire solebat. At[o] regni

*) Sithiu[4] *add. A* 5.

a) posset *A* 2a. 3. 3a. b) poenes *B* 1. 2. c) pertinere dicebatur *A* 2. d) aliud regi *A* 3. 3a (rege). e) profusus *B* 3. f) dominationis *B* 2. g) doctus *A* 4. h) et eam *om. A* 4 *(ubi* una . . . uilla*)*. i) perparui *A* 3. 3a. *B* 3. *C* 4. k) et *om. B* 2. l) bobus *A* 3. 5. *C* 2. m) regiā, iā *e corr. poster. manus A* 1. n) cęlebratur *B* 2. o) Ad *A* 1. 1*. *B* 1. *C* 2. *P. et teste Pertzio alii saeculi IX. et X. ac plerique saeculi XI. codices.*

1) *Zacharia mortuo, antequam iussu eius Pippinus coronaretur, Stephanus antecessoris sui mandatum confirmasse putandus est. De secunda Pippini coronatione hic minime agitur. [Einhardum errorem commisisse equidem putaverim]. (Quod quidem facile fieri potuit, cum in Ann. q. d. Einhardi a.* 750, *SS. R. G. p.* 11, *de Pippino rege appellato legerit et:* Hildericus vero, qui falso regis nomine fungebatur, tonso capite in monasterium missus est, *nullius papae mentione facta, ibidem vero a.* 754, *p.* 13: Stephanus papa . . . ipsum *[Pippinum]* sacra unctione ad regiae dignitatis honorem consecravit). 2) *(Eadem fere verba Gesta abb. Fontanell. c.* 14, *SS. R. G. p.* 43, *habent).* 3) *(Mamaccas villam publicam dicunt Ann. Mett., SS. R. G. ed. B. de Simson p.* 14*).* 4) *[Ita etiam Ann. Bertin., SS. I, p.* 138. *(et Gesta abb. Fontanell. c.* 14. *et in cod. Sithiensi Ann. regni Franc., SS. R. G. p.* 10, *n.* ***); cf. Folcwini Gesta abb. Sith. I, (c.* 28, *SS. XIII, p.* 612*); monasterium S. Medardi Suess. Ann. Lob., SS. XIII, p.* 228, *minus recte indicant].*

administrationem[a] et omnia quae vel domi vel foris agenda ac disponenda erant praefectus aulae procurabat[1].

2.* Quo officio tum, cum Hildricus[b] deponebatur, Pippinus[c] pater Karoli regis iam velut hereditario fungebatur. Nam pater eius** Karolus***, qui tyrannos per totam Franciam dominatum sibi[d] vindicantes oppressit et Sarracenos[e] Galliam occupare temptantes duobus magnis proeliis, uno in Aquitania apud Pictavium[f] civitatem[2], altero iuxta Narbonam[g] apud Birram[h] fluvium[3], ita devicit, ut in Hispaniam eos redire conpelleret, eundem magistratum a patre Pippino[i]·† sibi dimissum egregie administravit[k]. Qui honor non aliis a populo dari consueverat quam his[l] qui et claritate generis et opum amplitudine ceteris eminebant.

741. ††Hunc cum Pippinus pater Karoli regis ab avo et patre sibi et fratri Karlomanno[m] relictum, summa cum eo concordia divisum, aliquot[n] annis velut[o] sub rege memorato tenuisset, frater eius Karlomannus — incertum quibus de causis, tamen videtur, quod amore conversationis[p] contemplativae succensus —, operosa

*) *Wal. c.* II: De Karolo maiore domus.
**) *Gl. cod. St. (C 4):* id est Pippini.
***) *Gl. cod. St.:* Martellus vel Tudetes.
†) *Gl. cod. St.:* Qui cum haberet uxorem Plectrudem, ex pelice Alpaide genuit eundem Karolum Tudetem dictum.
††) *Wal. c.* III: De Pippino[q] et Karlomanno[r], filiis eius.

a) amministrat. *A* 1. 1*. 4. *P.;* ministracionem *B* 3. b) hildericus *A* 3. *P.;* ildricus *B* 2; hildrichus *C* 1. *J.* c) pipin. *A* 2[a] *bis. B* 2 *semper.* d) sibi *om. B* 1; Fr. dominantes vel (domina)tum sibi vindicantes *A* 3. 3[a]. e) saracenos *A* 1. f) pictauum *A* 2[a]. 3. 3[a].; poctauium *B* 1. *C* 1. g) narbonem *C* 2. h) byrram *A* 2. 3. 4; pyrram *B* 2. i) sibi Pippino *A* 2. k) amministr. *A* 1. 1*. 4. *P.* l) his *om. C* 2. m) karlemanno *A* 1 *(e corr.).* 2[a]; carlomann. *h. l. et l.* 18. *A* 4, *infra c.* 3. *C* 2. n) aliquod *A* 1. *C* 2 *(et infra p.* 5, *l.* 5*), corr.* aliquot *A* 1. o) velut *om. A* 1. p) contempl. convers. *A* 3. q) pipin. *semper B* 3[a.b]. r) karolomann. *semper B* 3[a.b].

1) *(Quod G. Kurth, 'Bulletin de l'Acad. royale Belgique', ser.* 3, *XXX, p.* 580—590, *contendit, Einhardum pro hoc de regibus et maioribus domus loco componendo Theophanis Chronographiam, ed. C. De Boor I, p.* 402 *sq., adhibuisse, omnino reiciendum est, sed statuendum utrumque sua e scientia scripsisse, cum et Theophanes de conventu populi magis conveniat cum Chron. Lauriss. brevi, 'N. Archiv' XXXVI, p.* 27 *sq., quam cum Einhardo. Cum hoc in eo convenit, quod Childericum III. a Stephano papa depositum esse falso dicat, quod casu factum esse censemus. G. Waitz, 'Deutsche Verfassungsgesch.' III, p.* 47 *sq., hos tres locos exscribens minime alium ab alio pendere animadvertit. Neutiquam hic locus Theophanis in versione Anastasii bibliothecarii omissus est, legitur ibidem, Theoph. ed. De Boor II, p.* 272; *cf. ib. p.* 493. *Refellendum igitur etiam quod dicitur 'Byzant. Zeitschrift' V, p.* 615*).* 2) *A.* 732. 3) *A.* 737.

temporalis regni administratione[a] relicta, Romam se in 747.
otium[b] contulit, ibique habitu permutato monachus factus in monte Soracte[c] apud ecclesiam[d] beati Silvestri constructo[e] monasterio[1] cum fratribus secum ad hoc venientibus[f] per[g] aliquot annos[2] optata quiete perfruitur. Sed cum ex Francia multi nobilium ob vota solvenda Romam sollemniter commearent et eum velut dominum quondam suum praeterire nollent, otium, quo maxime delectabatur, crebra salutatione interrumpentes locum mutare conpellunt. Nam[h] huiuscemodi frequentiam cum suo proposito officere vidisset, relicto monte in Samnium provinciam ad monasterium sancti Benedicti situm in castro Casino[i] secessit[3] et ibi quod reliquum erat temporalis vitae religiose conversando conplevit.

3.* Pippinus autem per auctoritatem Romani pontificis ex praefecto palatii rex constitutus[k], cum per 751.
annos XV aut eo amplius[4] Francis[l] solus imperaret, finito Aquitanico bello, quod contra Waifarium[m] ducem Aquitaniae ab eo susceptum per continuos novem annos gerebatur, apud Parisios[n] morbo aquae intercutis[5] diem obiit[6], superstitibus liberis Karlo[o] et Karlomanno[p], ad 768.
quos successio regni divino[q] nutu pervenerat[r]. Franci

*) *Wal. c.* IIII: Quomodo[s] post Hildericum Pippinus rex constituitur et quamdiu regnavit[t], et de[u] morte eius ac divisione regni inter Karolum[v] et Karlomannum, filios[w] eius.

a) amministrat. *A* 1. 1*. 4. *P.* b) monasterium *A* 5. c) saracte, sa *secunda manu* *A* 1; Syraptę *B* 2. d) aeccl. (ęccl.) *A* 1 *et* 4 *plerumque.* e) constructam *C* 2. f) conuenientibus *B* 3. g) per *om.* *B* 1. h) Cumque h. freq. suo *A* 1. i) *ita* *A* 1*. 3. *B* 1. *C* 1, *post corr.* cassino *A* 3; cassino *A* 1. 2. 2a. 4. *B* 3. *C* 2; casinum *B* 2. k) constituitur. Cumque per *A* 1. l) solus imp. Francis *A* 3. m) guaifarium *B* 2; gaiferium *A* 3a *constanter.* n) parisius *A* 1. *C* 2. *P.* o) *sic h. l.* *A* 1. 1*. 2. 4. *B* 1. 2. *C* 1. 2; karolo *A* 3. *B* 3, *alii.* p) karlemanno *A* 1. q) nutu dei *A* 2a. r) peruenit *A* 4. s) Quomodo — constituitur et *om.* *B* 3c; Post hilderici mortem iugi deposicioni pipinus rex constitutus quamdiu regnauit *B* 3b. t) pippinus *h. l. add.* *B* 3c. u) de morte eius ac *om.* *B* 3c. v) magnum *add.* *B* 3a. w) ac fil. *B* 3a.

1) *[De quo Zacharias papa Karlomanno privilegium dedit; v. Cod. Carol.* 23, *MG. Epist. III, p.* 527*]. (Ann. Einh. a.* 746, *p.* 7: Carlomannus Romam profectus dimissa saeculari gloria habitum mutavit et in monte Soracti monasterium in honorem s. Silvestri aedificavit; *cf. Ann. Sith., SS. XIII, p.* 35*).* 2) (post aliquantum temporis *Liber pontif., Vita Zach. c.* 21, *ed. Duchesne I, p.* 433). 3) *(Ann. Einh. l. l.:* Ibique aliquandiu commoratus hoc loco *[monte Soracti]* dimisso ad monasterium s. Benedicti in Samnio provincia iuxta Casinum castrum constitutum . . . . venit*).* 4) *Pippini regno a prima (unctione anno* 751. *Nov. computato, anni* 16 *et decem fere) menses, a secunda et attonsione filiorum Karlomanni anno* 754, *anni* 15 *incompleti evadunt.* 5) *Cf. Suet. Neron. c.* 5: decessitque . . . morbo aquae intercutis. 6) *(Ann. Einh. a.* 768, *p.* 27: cum ad Parisios venisset, . . . diem obiit*).*

768. siquidem facto sollemniter generali conventu ambos sibi reges constituunt, ea conditione praemissa, ut totum regni corpus ex aequo partirentur, et Karolus eam partem, quam pater eorum Pippinus tenuerat, Karlomannus vero[a] eam, cui patruus eorum Karlomannus praeerat, regendi gratia susciperet[b]. Susceptae[c] sunt utrimque conditiones, et pars regni divisi iuxta modum sibi propositum ab utroque recepta est[1]. Mansitque ista, quamvis cum summa difficultate, concordia, multis ex parte Karlomanni societatem separare[d] molientibus, adeo ut quidam eos etiam bello committere sint meditati. Sed in hoc plus suspecti[e, 2] quam periculi fuisse
771. ipse rerum exitus adprobavit[f], cum defuncto Karlomanno uxor eius* et filii cum quibusdam, qui ex optimatum eius numero primores[g] erant, Italiam fuga petiit[3] et nullis existentibus causis, spreto mariti fratre, sub Desiderii regis Langobardorum[h] patrocinium[i] se cum liberis suis[k] contulit.

**Et Karlomannus quidem post administratum[l] communiter[m] biennio[4] regnum morbo decessit; Karolus[n] autem fratre defuncto consensu[o] omnium Francorum rex constituitur.

4. De cuius nativitate[5] atque infantia vel etiam pueritia quia neque scriptis usquam[p] aliquid[q] declaratum est, neque[r] quisquam modo superesse invenitur, qui

*) quae dicitur Teoberga[6] *add. cod. Paris. Lat.* 4955.

**) *Wal. c.* V: De obitu Karlomanni et initiis Karoli[s].

a) vero — Karlomannus *om. B* 1. b) susceperat *A* 1. 2. 3. 3ª *(sed* susciperet *A* 1*. 4*)*. c) Susceptae — recepta est *om. A* 3. 3ª; Suscepti *C* 1. 2. d) separari *A* 2. 2ª. e) susp. *om. B* 2. f) approb. *A* 1. *P.;* probauit *A* 4. g) priores *B* 2. h) longobard. *A* 2; longabard. *A* 4. i) patrocinio *A* 1. 2. 3ª. 4, *manu sec. corr.* patrocinium *A* 1. k) suis *om. A* 5. l) amministr. *A* 1. 1*. 4. *P.* m) communi, ĩ(er) *post superscr. A* 1ª. n) *editiones priores hic capitis* 4. *initium ponunt.* o) cum consensu *A* 4. p) *sic A* 1. 1ª. 4. *B* 5. *C* 1. 2, *corr.* ũquam *A* 1; umquam (unq.) *A* 2. 3. 3ª. *B* 1. *W.;* scripti usque *B* 2. q) aliq. *om. A* 2; aliquaudo *A* 4. r) nec *A* 4; ne *A* 3. s) magni *add. B* 3ª.

1) *[Haec minus recte tradita esse constat; cf. Abel et Simson, 'Jahrb. d. Fränk. Reiches unter Karl d. Gr.' I, p.* 23 *sqq.].* 2) *i. e. suspicionis.* 3) *(Ann. Einh. a.* 771, *p.* 33: uxor eius et filii cum parte optimatum in Italiam profecti sunt*).* 4) *Karlomannus annis completis* 769. *et* 770, *anni* 768. *parte inde a die* 9. *Octobris, et multo maiore anni* 771, *scilicet usque ad d.* 4. *Decembris, regnavit.* 5) *[De anno et loco nativitatis v. quae post Hahn disseruerunt Abel et Simson l. l. p.* 10 *sqq.; cf. Henaux, 'Charlemagne d'après les traditions Liègeoises', ed.* 2. 1878*].* 6) (Gerberga *dicitur in Ann. Mett. prior. a.* 771, *ed. B. de Simson in SS. R. G. p.* 58, *et in Fragm. Basil., SS.* *XIII, p.* 28).

horum se dicat[a] habere notitiam, scribere ineptum iudicans[1] ad actus et mores ceterasque vitae illius partes explicandas ac demonstrandas, omissis incognitis, transire disposui; ita tamen[2], ut[b] primo res gestas et domi et foris, deinde mores et studia eius, tum de regni administratione[c] et fine narrando, nihil de his quae cognitu[d] vel digna vel necessaria sunt[e] praetermittam.

5.* Omnium[3] bellorum, quae gessit, primo Aqui- 769
tanicum, a patre inchoatum, sed nondum finitum, quia cito peragi posse videbatur, fratre adhuc vivo, etiam et[f] auxilium ferre rogato, suscepit. Et licet eum frater[g] promisso frustrasset auxilio[4], susceptam expeditionem strenuissime exsecutus non prius incepto desistere aut semel suscepto labori[h] cedere voluit, quam[i] hoc, quod efficere moliebatur, perseverantia quadam ac iugitate perfecto fine concluderet. Nam et Hunoldum[k], qui post Waifarii[l] mortem Aquitaniam[m] occupare bellumque iam poene[n] peractum reparare temptaverat, Aquitaniam relinquere et Wasconiam petere coegit[5]. Quem tamen ibi consistere non sustinens, transmisso amne Garonna[o, **, 6], Lupo Wasconum duci per legatos mandat, ut[p] perfugam[q] reddat; quod ni[r] festinato faciat, bello se eum expostulaturum[7]. Sed Lupus saniori usus consilio non solum Hunoldum reddidit, sed etiam se ipsum cum provincia cui praeerat eius potestati[s] permisit.

*) *Wal. c.* VI: Qualiter[t] bellum Aquitanicum terminavit.

**) et aedificato castro Frontiaco[8] *add.* *A* 3^{a}.

a) dicit *A* 2; dicat se *A* 3. b) ut primo *om.* *A* 2. c) amministr. *A* 1. 1*. 4. *P.* d) cognita *A* 2. 2^{a}; condita *B* 2. e) sunt *om.* *B* 1. f) eo *A* 2. g) fratre *B* 1. *C* 2, *corr.* frater *C* 2. h) labore *A* 2. 2^{a}. 3. i) qua, *eadem manu corr.* quia *A* 1*. k) unaldum *A* 3^{a}; hunauldum *C* 2, *et ita infra.* l) uuaipharii *B* 2; uuaiferii *A* 5. m) aquitania *C* 2; aquitanium *A* 2. n) poene *om.* *A* 1. o) garomna *C* 2; garrona *B* 1. 2; garronna *A* 4. p) ut *om.* *A* 2. 2^{a}. 3. *C* 1. 2. *J.* q) profugam *A* 1. r) nisi *A* 2. 3^{a}. s) potestate *B* 1. *C* 2. — promisit *B* 1. t) Karolus *add.* *B* 3^{a}.

1) *V. praef. p. XII.* 2) *Cf. Suetonii August. c.* 9: Proposita vitae eius velut summa, partes singillatim . . . exsequar, quo distinctius demonstrari cognoscique possint. 3) *Cf. ibid. c.* 10: Omnium bellorum initium et causam hinc sumpsit. 4) *(Ann. Einh. a.* 769, *p.* 29: Sed cum fratris auxilium habere non posset*).* 5) *(Ibid. a.* 769, *p.* 31: *[Hunoldus]* dimissaque Aquitania Wasconiam petiit*).* 6) *(Cf. Abel-Simson I, p.* 48; *Mühlbacher, Reg. I², nr.* 135 c*).* 7) *(Ann. Einh. l. l.:* Ad quem *[Lupum]* rex missa legatione iubet sibi perfugam reddi, ea conditione mandata, si dicto audiens sibi non fuisset, sciret se bello Wasconiam ingressurum *etc.).* 8) *(Cf. Abel-Simson I, p.* 47, *n.* 3*).*

6.* Conpositis in Aquitania rebus eoque bello finito, regni quoque socio[a] iam rebus humanis exempto, rogatu et precibus Hadriani[b] Romanae urbis episcopi ex-
773. oratus bellum contra Langobardos[c] suscepit. Quod prius quidem[d] et a patre eius, Stephano[e] papa supplicante, cum magna difficultate susceptum est[f]; quia quidam[g] e primoribus Francorum, cum quibus consultare solebat[h], adeo voluntati eius renisi sunt, ut se regem deserturos domumque redituros libera voce proclamarent. Susceptum tamen[i] est tunc contra Haistulfum[k] regem et celerrime conpletum. Sed[l] licet sibi et[m] patri belli suscipiendi similis ac potius eadem causa[n] subesse videretur, haud[o] simili tamen et labore certatum et fine constat esse conpletum. Pippinus siquidem[p] Haistulfum[q] regem pau-
756. corum dierum obsidione apud Ticenum[r] conpulit et obsides dare et erepta Romanis[s] oppida atque castella restituere atque, ut reddita non repeterentur, sacramento
773. fidem facere[1]; Karolus[t] vero post inchoatum a se bellum non prius destitit, quam et Desiderium regem, quem
774. longa obsidione fatigaverat, in deditionem susciperet[2], filium[u] eius Adalgisum[v], in quem[w] spes omnium inclinatae[x] videbantur[3], non solum regno[y], sed etiam Italia[z] excedere conpelleret, omnia[a] Romanis erepta restitueret, Hruodgausum[b] Foroiuliani ducatus praefectum
776. res novas molientem[4] opprimeret[c] totamque Italiam suae
781. ditioni subiugaret subactaeque filium suum[d] Pippinum

*) *Wal. c.* VII: Bellum[e] contra Longobardos quomodo susceptum est[f] et peractum.

a) sotio *A* 1. 3. *P*. b) *sic A* 1*. *C* 1; adriani *reliqui et P. W*. c) longab. *A* 1; longob. *A* 1*; langab. *A* 4. d) quidem *om. B* 2. e) stefano *C* 1. *J.; sub* St. *A* 1. 3. 3a. f) est *om. B* 1. g) quadam *corr.* quidam *A* 1*. *B* 2; quidem *C* 2. h) consueuerat *A* 2. i) est tamen *A* 1. *P*. k) haistolphum *h. l. et l.* 14. *A* 4; haustulfum *C* 2. l) Sed — conpletum *(l. 14) om. A* 2. 2a. m) ac *B* 1. n) eandem causam *B* 2. o) aut *C* 2; haut *A* 3; aut *B* 2. p) quidem *A* 1. 2a, *corr.* siquidem *A* 1. q) aistulfum *B* 1. r) ticenum *post corr.* ticinum *A* 1; ticinum *C* 2. s) a rom. *h. l. et infra l.* 23. *C* 2. t) karlus *h. l. A* 1*. *B* 2. *C* 1. *J*. u) filiumque *A* 2. 3a. v) adilgisum *h. l. A* 4. w) quo *B* 2. x) inclite *A* 2 *(post corr.* inclin.*)*. *B* 1; inclinate uidebantur, *post corr.* inclinata uidebatur *A* 1, *et ita A* 3. *B* (2). 3a. b *(haec om. B 3c)*; uidebantur, *post corr.* uidebatur *B* 2. *C* 2. y) regnum *C* 2. z) italiā *A* 4. *B* 2. a) omnia — restitueret *om. A* 2. b) hruadgausum *B* 2. c) obprim. *A* 1. *P*. d) suum *om. A* 4. e) Qualiter bellum contra long. susc. *B* 3a. f) sit *B* 3b.

1) *(Bis Pippinum a.* 754. *et a.* 756. *contra Aistulfum expeditionem in Italiam fecisse Einhardus ignorasse videtur)*. 2) *(Ann. Einh. a.* 774, *p.* 39: fatigatam longa obsidione civitatem *[Ticenum]* ad deditionem compulit*)*. 3) *(Ibid.*: Adalgis filius eius, in quo Langobardi multum spei habere videbantur *etc.)* 4) *(Ibid. a.* 776, *p.* 43: nuntiatur Hruodgaudum Langobardum, quem ipse Foroiuliensibus ducem dederat, in Italia res novas moliri*)*.

regem inponeret. Italiam intranti quam difficilis Alpium 773. transitus fuerit, quantoque Francorum labore invia montium iuga et eminentes in caelum scopuli atque asperae cautes superatae sint, hoc loco describerem, nisi vitae illius modum potius quam bellorum, quae gessit, eventus memoriae[a] mandare praesenti opere animo esset propositum. Finis tamen huius belli fuit[a*] subacta Italia 774. et rex Desiderius perpetuo exilio deportatus et filius eius Adalgisus Italia pulsus[1] et res a Langobardorum[b] regibus ereptae[c] Hadriano[d] Romanae ecclesiae rectori restitutae.

7.* Post cuius finem Saxonicum, quod quasi intermissum videbatur[2], repetitum est. Quo[e] nullum neque prolixius neque atrocius Francorumque populo laboriosius susceptum est; quia Saxones, sicut[f] omnes fere Germaniam incolentes nationes, et natura feroces et cultui daemonum dediti nostraeque religioni contrarii neque divina neque humana iura vel polluere vel transgredi inhonestum arbitrabantur. Suberant et causae, quae cotidie pacem[g] conturbare poterant, termini[h] videlicet nostri et illorum poene ubique in plano contigui[i], praeter pauca loca, in quibus vel silvae maiores vel montium[k] iuga interiecta utrorumque agros certo limite disterminant, in quibus caedes et rapinae et[l] incendia vicissim fieri non cessabant. Quibus adeo[m] Franci sunt irritati[n], ut non iam vicissitudinem reddere, sed apertum contra eos bellum suscipere dignum[o] iudicarent. Susceptum est igitur[p] adversus[q] eos bellum, quod magna utrimque animositate, tamen maiore Saxonum quam Francorum damno[r], per continuos triginta tres[s] annos[3] gerebatur. Poterat siquidem citius finiri, si Saxonum

*) *Wal. c.* VIII: Belli[t] Saxonici difficultas[u], diuturnitas et consummatio.

a) mem. *om.* *A* 3. 3[a]. a*) fuit *om.* *B* 2. b) longab. *A* 4. *B* 1; lungab. *A* 2; longob. *A* 3. c) ereptae *om.* *A* 2. 2[a] (ablate *post add.* *A* 2[a]); rapte *C* 2. d) *sic* *A* 1*. *B* 1. *C* 1; adriano *reliqui et P. W.* e) quod *B* 2. f) sicut omnes *om.* *B* 2. g) cont. pacem *A* 2. h) term. *om.* *C* 2. i) contingui *A* 1; contigium *C* 2; cont. in plano *A* 2. k) iuga montium *B* 2. l) uel *A* 1. *P.* m) ideo *B* 1. n) inritati *A* 1*. 2 *(corr.* irrit.*)*. *B* 2. o) dignum *om.* *A* 2[a]. p) ergo *A* 3[a]. q) contra *A* 2. *B* 2. *Meg.* r) dampno *A* 1. 2. 4. *C* 2. *P.* s) XXIII *C* 2. t) Sax. belli *B* 3[c]. u) diuturn. diffic. *B* 3[b].

1) *(Ann. Einh. a.* 774, *p.* 39. 41: rex subacta . . . Italia . . . revertitur, captivum ducens Desiderium regem. Nam Adalgis filius eius . . . relicta Italia *etc.)*. 2) *[Iam a.* 772. *susceptum]*. *(Suet. Aug.* 16: Siculum bellum . . . diu traxit intermissum saepius*)*. 3) *A.* 772—804.

hoc perfidia pateretur. Difficile dictu[a] est, quoties superati ac supplices regi se dediderunt[b], imperata facturos polliciti sunt[c], obsides qui imperabantur absque dilatione dederunt, legatos qui mittebantur susceperunt, aliquoties ita domiti et emolliti[d], ut etiam cultum daemonum dimittere et Christianae religioni se subdere velle promitterent. Sed sicut ad[e] haec facienda aliquoties proni, sic ad eadem pervertenda semper[f] fuere praecipites, non[g] sit ut satis aestimare, ad utrum horum faciliores verius dici possint; quippe cum post inchoatum cum eis bellum vix ullus[h] annus exactus sit, quo non ab[i] eis huiuscemodi facta sit permutatio. Sed magnanimitas regis ac perpetua tam in adversis quam in prosperis mentis constantia nulla eorum mutabilitate vel[k] vinci poterat vel ab his quae agere[l] coeperat defatigari. Nam numquam eos huiuscemodi aliquid perpetrantes inpune ferre passus est, quin aut ipse per se[m. 1] ducto[n] aut per comites suos misso[o] exercitu perfidiam[p] ulcisceretur et dignam ab eis poenam[q] exigeret, usque dum, omnibus qui resistere solebant profligatis et in suam
804. potestatem redactis[r], decem milia hominum ex his qui utrasque ripas Albis[s] fluminis incolebant cum uxoribus et parvulis[t] sublatos transtulit[2] et huc atque illuc per Galliam et[u] Germaniam multimoda divisione distribuit. Eaque conditione a rege proposita[v] et ab illis suscepta[3] tractum per tot annos bellum constat esse finitum, ut, abiecto[w] daemonum cultu et relictis patriis caerimoniis[x], Christianae fidei atque religionis sacramenta susciperent et Francis adunati unus cum eis populus efficerentur[y].

a) dictum *A* 2. 3. 4. *B* 1. 2, *corr.* dictu *A* 2. 3. b) dederunt *A* 1. 2. *B* 2. *C* 2; dediderunt *etiam Meg.* c) sunt *om.* *C* 2. d) molliti *B* 2. e) aliq. ad haec fac. *A* 1. f) semper *om.* *A* 2[a]. g) non sit ut *corr.* ut non sit *A* 2, *et ita* *A* 2[a]. *J.*; ne (*corr.* nec) sit *C* 2. h) ille *A* 2. 2[a]. 3 (*in marg. post corr.* ullus). 3[a]. i) huiusc. ab eis *A* 1. k) vel *om.* *A* 5. l) que coeperant *A* 1. m) se *om.* *C* 2. n) ductorem *A* 1. 3. *P.*; ductas *corr.* ducta *A* 2. o) missos *A* 3. *B* 1, *corr.* misso *A* 3. p) eorum *add.* *C* 1. 2. *J.*; *deest etiam Meg.* q) exig. poenam *A* 1. *P.* r) red. *om.* *A* 1[*]. s) aluis *B* 2; albię *A* 2. 2[a]. t) filiis *A* 2. u) et *om.* *A* 1. v) preposita *A* 2; posita *A* 4. w) abiectá *corr.* abiecto *A* 3; fin. et abiecta *B* 1; abiecta d. cultura *A* 2[a]. x) caeremoniis *C* 1. *J.*; ceremoniis *A* 3. y) efficeretur *A* 1.

derentur, strictis gladiis defenderent, aliquos etiam occidissent, quia[a] aliter coerceri non poterant, interempti sunt. Harum tamen coniurationum Fastradae reginae crudelitas[b] causa et origo extitisse creditur[1]. Et idcirco in ambabus contra regem conspiratum est, quia[c] uxoris crudelitati[d] consentiens a suae naturae benignitate ac solita mansuetudine inmaniter exorbitasse videbatur. Ceterum[e] per omne vitae suae tempus ita cum summo omnium amore atque favore et domi et foris conversatus est, ut numquam ei vel minima iniustae crudelitatis[f] nota a quoquam fuisset obiecta.

21. Amabat[g] peregrinos et in eis suscipiendis magnam habebat curam, adeo[h] ut[i] eorum multitudo non solum palatio, verum etiam regno non inmerito videretur onerosa. Ipse tamen prae[k] magnitudine animi huiuscemodi pondere minime gravabatur, cum etiam ingentia incommoda laude liberalitatis ac bonae famae mercede conpensaret.

22.* Corpore[2] fuit amplo atque robusto, statura eminenti, quae tamen iustam non excederet[l] — nam septem suorum pedum proceritatem eius constat habuisse mensuram[m] —, apice capitis rotundo, oculis praegrandibus[3] ac vegetis, naso paululum[n] mediocritatem[o] excedenti, canitie[p] pulchra[4], facie laeta et hilari. Unde formae auctoritas[5] ac dignitas tam stanti quam sedenti plurima adquirebatur; quamquam cervix obesa[q·6] et brevior venterque[r] proiectior[7] videretur, tamen haec[s] ceterorum mem-

*) *Wal. c.* XXII: De habitudine corporis eius[t].

a) qui *C* 2. b) crudelitatis *B* 1*. 2. *C* 2. c) quia *om. B* 1. d) crudelitate *B* 1. 1*. 2. e) *sequentia in editionibus prioribus c.* 21. *adiciuntur.* f) seueritatis *A* 5. *C* 1. 2. g) Ac am. *B* 1. h) ita adeo *A* 5. i) plerumque *add. A* 1. *P.* k) pro *A* 4. l) mensuram *add. A* 2; (qui t. *C* 2) iustum non exced. modum *C* 1. 2; iustam *om. B* 2. m) figuram *A* 4. n) paulolum *A* 2. *B* 1*. o) in mediocr. *A* 1. 3 (in *expunct.*). p) canitiae *A* 3. *B* 1*. *C* 2; canitie *B* 2. q) obaesa *A* 2. 3. *B* 1*. 2; obęsa *A* 4; oboesa *C* 2. r) que *om. B* 1. s) hoc *B* 1*. 2; haec et *A* 3. t) sui *B* 3a.

1) (*Ann. Einh. a.* 792, *p.* 91: Francis, qui se crudelitatem Fastradae reginae ferre non posse adseverabant). 2) *Cf. Suet. Tib. c.* 68: Corpore fuit amplo atque robusto, statura quae iustam excederet; *Calig. c.* 50: Statura fuit eminenti. 3) (*Ibid. Tib. c.* 68: cum praegrandibus oculis). 4) *Cf. Suet. Claud. c.* 30: Auctoritas dignitasque formae non defuit vel stanti vel sedenti . . . nam . . . erat et specie canitieque pulcra. 5) (*Suet. Tit. c.* 3: forma egregia et cui non minus auctoritatis inesset quam gratiae). 6) *Suet. Nero c.* 51: cervice obesa, ventre proiecto. 7) *Suet. Tit. c.* 3: ventre paulo proiectiore.

brorum celabat aequalitas[1]. Incessu firmo[a] totaque[b] corporis habitudine virili; voce clara quidem, sed quae minus corporis formae conveniret. Valitudine prospera[2], praeter quod, antequam decederet, per quatuor annos crebro febribus corripiebatur, ad extremum etiam uno pede claudicaret[3]. Et tunc quidem plura[c] suo arbitratu quam medicorum consilio faciebat, quos poene exosos habebat, quod ei in cibis assa, quibus assuetus[d] erat, dimittere[e] et elixis adsuescere suadebant.

*Exercebatur[f] assidue equitando[g, 4] ac venando; quod illi[h] gentilicium erat, quia vix ulla in terris natio invenitur[i], quae in hac arte[k] Francis possit aequari. Delectabatur etiam vaporibus aquarum naturaliter calentium, frequenti natatu corpus exercens; cuius adeo[l] peritus fuit, ut nullus ei iuste valeat anteferri. Ob hoc etiam Aquisgrani regiam exstruxit ibique extremis vitae annis usque ad obitum[m] perpetim habitavit. Et[n] non solum filios ad balneum[o], verum optimates et amicos, aliquando etiam satellitum et custodum corporis[p] turbam[5] invitavit, ita ut nonnumquam centum vel eo amplius homines una lavarentur.

23.** Vestitu[6] patrio, id est Francico[q, 7], utebatur. Ad corpus camisam[r] lineam, et feminalibus[8] lineis induebatur, deinde tunicam[s], quae limbo serico[t] ambiebatur, et tibialia; tum[u] fasciolis crura et pedes calcia-

*) *Wal.* c. XXIII: Quibus exercitamentis precipue sit[v] delectatus.

**) *Wal.* c. XXIIII: Quibus indumentis uti solitus sit.

a) firmior *A* 3. b) que — quae minus *om.* *C* 2. c) plura *om.* *C* 2; suo plura *A* 2. d) assuetus — elixis *om.* *B* 1. e) dimitteret *B* 2. *C* 2. f) Assid. exerc. *A* 2. 3; adsid. *B* 1. 1*. 2. g) aequit. *A* 1*. 2. 3. *B* 1* (*corr.* equit.). *C* 2; ęquit. *A* 4. h) ei *A* 1. i) repperitur *A* 1. k) re *A* 4; ac parte *C* 2. l) per. adeo *A* 1. m) uitae *add.* *A* 2. n) Et — invitavit *om.* *C* 2. o) balneos uerum et *A* 2. p) corp. *om.* *A* 4. *B* 2. q) francisco *A* 1. 2. 3. *P.*; francio *A* 4; frantia *B* 1*. 2; francia *B* 3. r) camisam, *post corr.* camisiam *A* 1*, *et ita* *A* 2. 3. 4. 5. *B* 2. 3. s) tonicam *B* 1*. 2. t) syrico *A* 2. u) *sic* *A* 1*. 3. 4. *B* 1*. *C* 2, *radendo corr.* cum *A* 1*; cum *A* 1. *B* 2; tunc *A* 2. *B* 1? *C* 1. *J. W.* v) karolus *add.* *B* 3[a].

1) *Cf. Suet. Aug.* c. 79: staturam brevem . . . sed quae . . . aequitate membrorum occuleretur. 2) *Cf. Suet. Claud.* c. 31: Valitudine . . . prospera usus est; (*Tib.* c. 68: Valitudine prosperrima usus est). 3) *Cf. Suet. Aug.* c. 80: crure sinistro non perinde valebat, ut saepe etiam inclaudicaret. 4) *Suet. Tit.* c. 3: equitandi peritissimus. 5) *Cf. Suet. Tit.* c. 8: nonnumquam in thermis suis admissa plebe lavit. 6) *Cf. Suet. Calig.* c. 52: Vestitu . . . neque patrio neque civili . . . usus est. 7) *Cf. Monachum Sangallensem (Notkerum Balbulum) de gestis Karoli I,* 34, *SS. II, p.* 744. 8) *Suet. Aug.* c. 82: Hieme . . . thorace laneo et feminalibus et tibialibus muniebatur.

mentis[a] constringebat et ex[b] pellibus lutrinis[c, *] vel[d] murinis[**, 1] thorace[***] confecto umeros[e] ac pectus hieme[e*] muniebat, sago[†] veneto[f, ††] amictus et gladio semper accinctus, cuius capulus ac balteus aut aureus aut argenteus erat. Aliquoties[g] et gemmato ense utebatur, quod[h] tamen nonnisi in praecipuis festivitatibus vel si quando exterarum gentium legati venissent. Peregrina vero indumenta, quamvis pulcherrima, respuebat nec umquam eis indui patiebatur, excepto quod Romae semel Hadriano[i] pontifice petente et iterum Leone successore eius supplicante longa[†††] tunica et clamide[k, *†] amictus, calceis[*††] quoque Romano more[l] formatis induebatur. In festivitatibus veste[m] auro texta et calciamentis gemmatis et fibula aurea sagum[*†††] adstringente, diademate[†*] quoque ex auro et gemmis ornatus incedebat. Aliis autem diebus habitus eius parum a communi ac[n] plebeio[o] abhorrebat[p].

24.[†**] In cibo[q, 2] et potu temperans[r], sed in potu temperantior, quippe qui[s] ebrietatem in qualicumque[t] homine, nedum in se ac[u] suis, plurimum abhominabatur[v]. Cibo[w] enim non adeo abstinere poterat[x], ut

*) *Gl. cod. St.:* id est beverinis.
**) *Gl. cod. St.:* id est grisiis.
***) *Gl. cod. St.:* id est pellicio.
†) *Gl. cod. St.:* id est sanno.
††) *Gl. cod. St.:* id est purpureo vel conchiliato.
†††) *Gl. cod. St.:* id est toga, quam nos albam dicimus.
*†) *Gl. cod. St.:* id est manto vel mantello.
*††) *Gl. cod. St.:* id est sandaliis.
*†††) *Gl. cod. St.:* id est clamidem sive trabeam, quae vestis quadrangula est.
†*) *Gl. cod. St.:* id est corona, cuius ansa superior diadema dicitur.
†**) *Wal. c.* XXV: Cibi[y], potus ac[z] dormitionis quod temperamentum[a] habuerit et quid agere solitus sit[b] inter vescendum.

a) caltiamentis *A* 1. 3. *P.* b) ex *om.* *B* 1*. 2. c) lutr. vel mur. *om.* *A* 2. *B.* d) et *A* 1. 3. *P. J. W.;* vel mur. *om.* *C* 1. 2. e) *sic* *A* 1*. *B* 1. 1*. *C* 1; humeros *reliqui, P. J. W.* — um. aspectus h. *B* 1*; hum. aspectu h. *B* 2. e*) mun. hyeme *A* 1. f) uenetico *C* 2. g) Aliquotiens (-cieńs) *A* 2. 3. *B* 1. 2. *C* 2; enim *add.* *A* 4. h) qui *A* 3. i) *sic* *A* 1*. *B* 1. *C* 1; adriano *reliqui, P. W.* k) *sic* *A* 1. 1*. 2. 3. 4. *B* 1*. 2. 3. *C* 2 (clamidae); chlamide *B* 1. *C* 1. *J. W.* l) opere *A* 1. m) veste *om.* *B* 2. n) et *A* 1. *P.* o) plebio *A* 3; plebei *C* 2; pleio *B* 2. p) horrebat *B* 3. q) potu et cibo *A* 4. r) temperatus *B* 1*. 2. s) quia *A* 2. t) quacūque *A* 1*. u) aut *C* 2. v) abominab. *A* 1*. 3. *B* 1*. 2. *C* 1. w) Cibum *C* 2. x) potuit *A* 2. y) ac *add.* *B* 3[a]. z) et *B* 3[a]. a) quod temperanciam *B* 3[c]. b) erat *B* 3[b].

1) *Pellibus ermineae vel zibelinae.* 2) *Suet. Aug. c.* 76: Cibi . . . minimi erat.

saepe quereretur noxia corpori suo esse ieiunia. Convivabatur[1] rarissime, et hoc praecipuis tantum festivitatibus, tunc[a] tamen cum magno hominum[b] numero. Caena cotidiana quaternis tantum ferculis praebebatur[2], praeter assam, quam venatores veribus[c] inferre solebant, qua ille libentius quam ullo alio cibo vescebatur. Inter caenandum aut aliquod acroama[d, 3] aut lectorem audiebat. Legebantur ei historiae et antiquorum res[e] gestae. Delectabatur et[f] libris sancti Augustini[g], praecipueque his qui[h] de civitate Dei[i] praetitulati sunt. Vini[4] et omnis potus adeo parcus[k] in bibendo erat, ut[l] super caenam raro plus quam ter biberet. Aestate[m] post cibum meridianum[5] pomorum aliquid sumens ac semel bibens, depositis vestibus et calciamentis, velut[n] noctu solitus erat, duabus aut[o] tribus horis quiescebat. Noctibus sic dormiebat[6], ut[p] somnum quater aut quinquies non solum expergescendo[q], sed[r] etiam desurgendo[s] interrumperet. Cum calciaretur et[t] amiciretur[u], non tantum amicos admittebat[v, 7], verum etiam, si comes palatii litem aliquam[w] esse[x] diceret, quae sine eius[y] iussu definiri[z] non posset, statim litigantes introducere iussit[a] et, velut pro tribunali sederet[8], lite cognita sententiam dixit[b]; nec[c] hoc tantum eo tempore, sed etiam quicquid[d] ea die cuiuslibet officii[e] agendum aut cuiquam ministrorum iniungendum erat expediebat.

a) tum *A* 5. b) num. hom. *C* 2. c) uerubus *B* 3. d) incroama *B* 1*. 2. 3. e) reges (*corr.* regum *B* 1*) gestae *B* 1 (geste). 1*. *C* 2; regum gesta *A* 1* (gesta:, *littera erasa*). 4. *B* 3; rei gesta *B* 2. f) in *A* 4. g) agustini *A* 2. h) quae *A* 1. i) dñi (domini) *B* 1*. 2. k) temperatus erat in bib. *A* 5. l) et *A* 3. m) set aest. *B* 1. n) ut *A* 1. o) ac *C* 2. p) et *B* 2. q) expergescendo *corr.* expergiscendo *A* 1. 2, *et ita A* 3. *B* 3a. b. *P.*; expergescendum *B* 2. r) sed et. desurg. *om.* *A* 1*. s) deresurgendo *A* 1. *P.*; adsurgendo *B* 1. t) aut *A* 1. 2. *P. J.* u) amiceretur *A* 1. *C* 2; amictaretur *B* 1. 1*. 2. (3c). v) amittebat *C* 1. 2 (*corr.* adm.). w) aliquem *A* 2. *B* 1*. 2, *corr.* aliquam *B* 1*. x) esse *om.* *C* 2. y) eius iussu *om.* *C* 2. z) definire *B* 1. 1*; diffiniri *A* 4. a) iussisset *A* 3. b) dixisset *A* 3. c) ne *B* 1. d) ea die quicquid *A* 1. *P.* e) officia *A* 1*.

1) *Suet. Aug. c.* 74: Convivabatur assidue . . . non sine magno ordinum hominumque dilectu. 2) *Ibid.*: Caenam ternis ferculis aut, cum abundantissime, senis praebebat. 3) *Ibid. c.* 74: et aut acroamata et histriones . . . interponebat. 4) *Ibid. c.* 77: Vini quoque natura parcissimus erat. Non amplius ter bibere eum solitum super caenam . . . Nepos tradit. 5) *Ibid. c.* 78: Post cibum meridianum ita ut vestitus calciatusque erat . . . paulisper conquiescebat. 6) *Ibid.*: non amplius . . . quam septem horas dormiebat, ac ne eas quidem continuas, sed ut in illo temporis spatio ter aut quater expergisceretur. 7) *Cf. Suet. Vespas. c.* 21: amicos admittebat, ac dum salutatur, et calciabat ipse sese et amiciebat; postque decisa quaecumque obvenissent negotia. 8) (*Ioh.* 19, 13. *Act.* 12, 21. 25, 6: sedit pro tribunali).

25.* Erat eloquentia[1] copiosus et exuberans poteratque quicquid vellet apertissime exprimere. Nec patrio tantum[a] sermone contentus[b], etiam peregrinis linguis ediscendis operam impendit. In quibus Latinam ita didicit, ut aeque illa[c] ac patria lingua orare[2] sit solitus, Grecam vero melius intellegere[d] quam pronuntiare poterat. Adeo quidem facundus[e] erat, ut etiam dicaculus[f] appareret. Artes liberales studiosissime coluit[3], earumque doctores plurimum veneratus magnis adficiebat[g] honoribus. In discenda grammatica Petrum Pisanum diaconem[h] senem audivit, in ceteris disciplinis Albinum cognomento Alcoinum[i], item[k] diaconem, de Brittania[l] Saxonici generis hominem, virum undecumque doctissimum, praeceptorem habuit, apud quem et rethoricae et[m] dialecticae, praecipue tamen astronomiae ediscendae[n] plurimum et temporis et laboris inpertivit. Discebat artem conputandi et intentione sagaci siderum cursum[o] curiosissime rimabatur. Temptabat et[p] scribere tabulasque et[q] codicellos ad hoc in lecto[r] sub cervicalibus circumferre solebat, ut, cum vacuum tempus esset, manum litteris effigiendis[s] adsuesceret, sed parum successit labor praeposterus ac sero inchoatus.

26.** Religionem[4] Christianam, qua ab infantia fuerat inbutus, sanctissime[t] et cum summa pietate coluit, ac propter hoc plurimae pulchritudinis basilicam Aquisgrani[u] exstruxit[v] auroque et argento et luminaribus atque ex aere solido cancellis et ianuis adornavit[5].

*) *Wal.* c. XXVI: De studiorum[w] eius mirabili vigilantia.
**) *Wal.* c. XXVII: Ornatus ecclesiae quantum ampliaverit.

a) tantum *om.* *A* 3. b) contemptus *A* 1. *B* 2. *C* 2; sed *add.* *A* 4. c) illam *B* 2; ut ea ac si patria *A* 2; ut ea ac p. *A* 3. d) *ita* *A* 1*. 2. *B* 1. 1*. 2. *C* 1. 2; intelligere *A* 1. 3. 4. *B* 3. *P.* e) faecundus, e *expunct.* *B* 1*; fecundus *B* 2. f) *ita* *A* 2. *B* 1*. 2. 3. *C* 1; *cf. Hagen, Anecd. Helvet. p.* 187; didasculus *A* 1. 1*. *B* 1; didascalus *A* 3. 4. *P.*; dialecticus *A* 5; ducalus *C* 2. g) efficiebat *A* 3 (effit.). *C* 1. h) diaconum *h. l. tantum* *A* 1. 4. *P.*, *l.* 12. *A* 3. i) alcuinum *A* 2. *C* 2; alchoinum *B* 3. k) item *om.* *A* 2. l) brittannia *A* 1*. 4. *B* 1; britania *B* 1*; brittaniā *B* 2. *C* 2. m) et *om.* *A* 3. n) discendae *C* 2. o) syderum (*A* 3. 4) cursus *A* 1. *P.*; cursu *B* 2. p) eta *corr.* a *C* 1. q) ac *A* 2. r) lectulo *A* 4. s) effingendis *sec. manu corr.* effigiendis *A* 1; effi:g:endis *duabus litteris erasis* *A* 2; effigiandis *A* 3; effigendis *A* 5. *C* 2. t) sanctissima et summa *A* 1. u) aquis granis *A* 1; aquisgranii *C* 2. v) extruit *B* 1* (*corr.* extruxit). 2. w) studio et *B* 3c.

1) *Cf. Suet. Aug. c.* 84: Eloquentiam . . . laboriosissime exercuit. 2) *Cf. Suet. Tit. c.* 3: Latine Graeceque vel in orando . . . promptus et facilis. 3) *Cf. Suet. Tiber. c.* 70: Artes liberales utriusque generis studiosissime coluit. 4) *Cf. Suet. Aug. c.* 90: Circa religiones talem accepimus *etc.*; *c.* 93: caerimoniarum . . . veteres ac praeceptas reverentissime coluit. 5) (*Cf. supra c.* 17).

Ad cuius structuram cum[a] columnas et marmora aliunde habere non posset, Roma atque Ravenna devehenda curavit[1]. Ecclesiam et mane et vespere, item nocturnis horis et sacrificii tempore, quoad eum valitudo permiserat, inpigre frequentabat, curabatque[b] magnopere, ut omnia quae in ea[c] gerebantur cum qua[d] maxima fierent honestate, aedituos creberrime[e] commonens, ne quid indecens aut sordidum aut inferri aut in ea remanere permitterent. Sacrorum vasorum ex auro et argento vestimentorumque sacerdotalium tantam in ea[f] copiam[g] procuravit, ut in sacrificiis celebrandis ne[h] ianitoribus quidem, qui ultimi ecclesiastici ordinis sunt, privato habitu ministrare necesse fuisset. Legendi atque psallendi disciplinam diligentissime emendavit. Erat enim utriusque[i] admodum eruditus, quamquam ipse nec publice legeret nec nisi[k] submissim[l] et in commune cantaret.*

27.** Circa pauperes sustentandos et gratuitam liberalitatem, quam Greci eleimosinam[m] vocant[n], devotissimus, ut qui non in patria solum et[o] in suo[p] regno id facere curaverit[q], verum trans maria in Syriam[r] et Aegyptum[s] atque Africam, Hierosolimis[t], Alexandriae atque Cartagini[u], ubi Christianos in paupertate vivere conpererat[v], penuriae illorum[w] conpatiens pecuniam mittere solebat[x]; ob hoc maxime transmarinorum regum

*) Octingentas et octuaginta sex ecclesias suis propriis sumptibus cum supellectilibus et aliis ornamentis ad laudem Dei beateque virginis dedicavit, tria millia et septingentas in toto orbe restauravit *add. cod. Morallii s. XV.*

**) *Wal. c.* XXVIII: In elemosinis fuerit[y] quam profusus.

a) col. et marm. cum *A* 2. b) que *om. B* 1. *C* 2. c) eo *A* 3. d) *sic A* 1. 1*. 4. *B* 1. 1*. 2 (quax, x *expunct.*). 3[a] (*om. B* 3[b. c]), *(quod in archetypo fuisse patet)*; qua *radendo corr.* qua *A* 2. *C* 1; quam *A* 3. *C* 2. *P. J. W*; quatinus *A* 5. e) celeberrime *C* 2. f) eam *B* 1*; eo *B* 2. g) proc. copiam *A* 1. h) nec (c *adras.*) *A* 1. i) adm. utr. *A* 2. k) sibi *A* 1; sib, *superscr.* ni *B* 1. l) submissim *corr.* submisse *A* 1, *et ita A* 2. 3, *alii*; submissum *A* 5. m) *ita B* 1; eleimosynam *h. l. A* 1*; eleymosinam *A* 3; elemosinam *A* 2. 4. *B* 3. *C* 1. 2; elemosynam *A* 1. *P.*; elymosinam *B* 1*. 2. n) vocant *om. B* 1*. 2. o) sed *B* 1*. 2. p) regno suo *A* 1. *P.* q) procur. *A* 2; curauit *A* 3. r) siriam *A* 1*. 2. 4. *B* 1. 2. s) *sic A* 1*. 3. *B* 1* (eg.). 2. *C* 1. 2, *alii*; aegiptum *A* 1. 4. *B* 1. *P. W.*; egiptum *A* 2. t) hyrosol.(e *post superscr.*) *A* 1*; hierusol. *A* 2; ierosol. *C* 2. u) *sic A* 2. *B* 1*. 2. *C* 2; chartagini *A* 1*; chartani *A* 1; kartagini *A* 3. 4. *C* 1. *J.*; Carthagini *B* 1? *P. W.* v) compererat, *post corr.* comperierat *A* 1, *et ita A* 3. w) eorum *A* 4. x) solebat ret *B* 1; soleret *B* 1*. 2. 3. y) quam fuerit *B* 3[a].

1) *Cf. Hadriani I. papae ad Karolum epist., Cod. Carol.* 81, *(MG. Epist. III, p.* 614*). JA.*

amicitias expetens, ut Christianis sub eorum dominatu degentibus refrigerium aliquod ac relevatio[a] proveniret.*

**Colebat prae ceteris sacris et venerabilibus locis apud Romam ecclesiam beati Petri[b] apostoli; in cuius donaria magna vis pecuniae tam in auro quam in argento necnon et gemmis ab illo congesta est. Multa et innumera[c] pontificibus munera missa. Neque ille toto[d] regni sui tempore quicquam duxit[e] antiquius[1], quam ut urbs Roma[f] sua[g] opera suoque labore vetere polleret[h] auctoritate, et[i] ecclesia[k] sancti Petri per illum non solum tuta ac defensa, sed etiam suis opibus prae omnibus ecclesiis esset ornata[l] atque ditata[m]. Quam cum tanti penderet, tamen intra XLVII annorum, quibus regnaverat, spatium quater[2] tantum illo votorum solvendorum ac supplicandi causa profectus est.

800. 28. Ultimi adventus sui non solum hae fuere causae, verum etiam quod Romani Leonem pontificem multis affectum[n] iniuriis, erutis scilicet[o] oculis linguaque amputata[3], fidem regis[p] implorare conpulerunt. Idcirco Romam veniens propter reparandum, qui nimis conturbatus erat, ecclesiae statum ibi totum hiemis tempus extraxit. Quo tempore imperatoris et[q] augusti nomen accepit. Quod primo in tantum aversatus[r] est, ut adfirmaret se eo die, quamvis praecipua festivitas esset, ecclesiam non intraturum, si pontificis consilium praescire potuisset. Invidiam tamen suscepti nominis, Romanis imperatoribus super hoc indignantibus[4], magna tulit patientia. Vicitque eorum contumaciam magnanimitate, qua eis procul dubio longe praestantior erat,

*) Redimebat omnes captivos et detentos in manibus barbarorum et suis pecuniis eos liberabat[5] *add. cod. Morallii s. XV.*

**) *Wal. c.* XXVIIII: Quo amore Romanam sedem coluerit et[s] quomodo imperiali nomine sit sublimatus.

a) reuelatio *A* 1. 3. 4. *C* 1. 2, *corr.* releuatio *C* 2; leua *in loco raso A* 1*. b) petri et pauli *A* 2. c) in *A* 2. d) toti *B* 1*. 2. e) dixit *A* 1. — antiquus *A* 1*. *C* 1, *corr.* antiquius *A* 1*. f) Roma urbs *A* 1; *in voce* Roma *desinit C* 2. g) suo opere *A* 1. 2. h) pollebat *A* 4. i) et *om. B* 1. k) ecclesiam *A* 5. *B* 1. 1* *(corr.* -ia*)*. 2. l) omn. aliis ordinata *A* 1. m) dicata *A* 4; ordinata *h. l. B* 1*. 2. n) adfectum *B* 1. 1*. o) itaque *A* 2. p) regis *om. B* 1. q) et *om. B* 2. r) aduersatus *A* 2? 3. *B* 2, *corr.* auers. *A* 2; cuersatus *B* 1. s) et — sublimatus *om. B* 3[b].

1) *Cf. Suet. Vespas. c.* 8: ac per totum imperii tempus nihil habuit antiquius. 2) *A.* 774. 781. 787. 800. 3) *(Ann. Einh. a.* 799, *p.* 107: erutis oculis . . ., lingua quoque amputata*)*. 4) *(Cf. supra c.* 16*)*. 5) *(Cf. 'Legende Karls d. Gr.' I,* 23, *ed. G. Rauschen p.* 44*)*.

mittendo ad eos crebras legationes et in epistolis fratres eos[a] appellando[1].

29.* Post susceptum imperiale nomen, cum adverteret multa legibus populi sui deesse — nam Franci duas habent leges[2], in plurimis locis valde[b] diversas — cogitavit quae deerant addere et discrepantia unire, prava quoque ac perperam prolata corrigere, sed de his nihil aliud ab[c] eo factum est, nisi quod pauca capitula[3], et ea inperfecta, legibus addidit. Omnium tamen nationum, quae sub eius dominatu erant, iura quae scripta non erant describere ac litteris mandari fecit. Item barbara[4] et antiquissima carmina, quibus veterum regum actus et bella canebantur, scripsit memoriaeque mandavit. Inchoavit et grammaticam patrii sermonis.

** Mensibus etiam iuxta propriam[d] linguam vocabula inposuit, cum[e] ante id temporis apud Francos partim Latinis, partim barbaris nominibus pronuntiarentur[f]. Item ventos duodecim propriis appellationibus[g] insignivit, cum prius non amplius quam vix quattuor ventorum vocabula[h] possent inveniri. Et de mensibus quidem Ianuarium Wintarmanoth[i], Februarium[k] Hornung[l], Martium Lentzinmanoth[m], Aprilem[n] Ostarmanoth, Maium[o] Winnemanoth[p], Iunium Brachmanoth[q], Iulium[r] Heuuimanoth[s], Augustum Aranmanoth[t], Septembrem Witumanoth[u], Octobrem[v] Windumemanoth[w], Novembrem Herbistmanoth[x], Decembrem Heilagmanoth[y] appellavit.

*) *Wal. c.* XXX: De studio eius in legibus emendandis.

**) *Wal. c.* XXXI: Quibus noviter appellationibus menses annuos[z] et ventos duodecim[a] insigniverit[b].

a) *voci* eos *superscriptum* ad *A* 1; eos fr. *B* 1*. 2. b) valde *om.* *B* 1*. 2. c) ab eo *om.* *B* 1*. 2. d) patriam *A* 4. e) qui *A* 3. f) pronuntiabantur *A* 3. g) nominibus propriis *A* 4. h) possent voc. *A* 1. i) uuintaremanoth *A* 4; uuintarmanot *B* 1, *et ita* (-not) *semel post;* uuintarmanodh *B* 2; uuintermanoth *A* 2. 5. k) febroarium *A* 1* *(e corr.)*. 2. *B* 1; Febr. — Heuuimanoth *om.* *B* 1*. 2. l) hornug *A* 1. *C* 1; hornungmanoth *A* 5. m) lenzinmanoth *A* 3; lentinmanoth *A* 2. 5; lenzenmanoth *A* 4. n) Apr. — Winn. *om.* *A* 3. o) Maius *A* 1*. p) iuuinnemanoth *C* 1; uunnemanoth *A* 4. q) bracm. *A* 2a. 4; brachmenoth *B* 1. r) Iulium — Aranmanoth *om.* *A* 3. s) houuimanoth *A* 4; heum. *e corr.* *A* 2; haymanoth *A* 5; uuimanoth *A* 1; uuimanot *A* 2a. t) aranmannoth *B* 2. u) uuidumanoth *A* 5; uuitemanoth *A* 2; uuintumanoth *B* 2. v) octembrem *C* 1; octubrem *A* 2. *B* 1. w) uuindumanoth *B* 1. x) herbistmanoht *A* 2; heribistmanoth *B* 1. 2; heribestmanoth *B* 1*; herbistimanoth *e corr.* *A* 1; heruistmanoth *A* 5. y) heilagmanot *A* 3; heilegemanoth *A* 4; hellagmanoth *B* 1; helicmanoht *A* 2; helagm. *A* 2a; heilmanoth *A* 5. z) annos *B* 3b. a) duod. *om.* *B* 3b. b) insignauerit *B* 3c.

1) *V. epist. Karoli M., (Epist. IV, p.* 546 *sq.* 556*). J.A.* 2) *Salicam et Ribuariam.* 3) *i. e. Additamenta ad legem Salicam et ad legem Ribuariam.* 4) *i. e. Germanica.*

Ventis vero[a] hoc[b] modo nomina inposuit, ut subsolanum[c] vocaret ostroniwint[d], eurum ostsundroni[e], euroaustrum sundostroni[f], austrum sundroni[g], austroafricum[h] sundwestroni[i], africum westsundroni[k], zefyrum[l] westroni[m], chorum westnordroni[n], circium nordwestroni[o], septentrionem nordroni[p], aquilonem nordostroni[q], vulturnum ostnordroni[r, 1]

813. 30.* Extremo vitae tempore, cum iam et[s] morbo et senectute premeretur[t], evocatum[u] ad se Hludowicum[v] filium, Aquitaniae regem, qui solus filiorum Hildigardae[w] supererat, congregatis sollemniter de toto regno Francorum primoribus, cunctorum consilio consortem sibi totius regni et imperialis nominis heredem constituit, inpositoque capiti eius diademate[2] imperatorem[x] et augustum iussit appellari. Susceptum est hoc[y] eius consilium ab omnibus qui aderant magno cum[z] favore[a]; nam divinitus ei[b] propter regni[c] utilitatem videbatur inspiratum. Auxitque maiestatem eius hoc factum et[d] exteris nationibus non minimum terroris incussit[3]. Dimisso deinde[e] in Aquitaniam filio, ipse more solito, quamvis senectute confectus, non longe a regia[f] Aquensi venatum[g] proficiscitur, exactoque in[h] huiuscemodi ne-

*) *Wal. c.* XXXII: Ludowicum[i] filium suum qualiter imperialis potentiae ac nominis heredem statuerit[k].

a) ergo *A* 1. b) nom. hoc modo *A* 2. c) solanum *B* 1. d) ostroniuuind *A* 2; ostronouuind *A* 5; ostruniuuind *A* 2ª; atroniunt (*corr.* — niuunt) *A* 3. e) ostsudroni *A* 4; ostsuthronouuind *A* 5. f) suntaustroni *A* 1; sundostr. austrum *om.* *B* 1; suthostronoauind *A* 5. g) sumdroni *A* 1; suthronouuind *A* 5. h) austrumafricum *A* 2. 2ª. 3. i) suntuuestroni *A* 1. 4; sundiuuestroni *A* 2. 2ª; sundu uuestroni *B* 1*; suthuuestronouuind *A* 5. k) westsundr. — chorum *om.* *B* 1; uust sundroni *A* 1*; uuestsuthronouuind *A* 5. l) zephyrum *A* 3. *P. W.*; zephyrom *A* 1; zephirum *A* 2. 2ª. 4; zefirum *B* 2; cephirum *A* 5. m) uuestronouuind *A* 5. n) uuestnorthronouuind *A* 5. o) *sic* *C* 1; norduuestr. *A* 1*. 3. 4. *B* 1. 1*; norduuestroni *A* 1; norduuestruni *A* 2ª; nordiuuestroni *A* 2; norduuesthroni *B* 2; northuuestronouuind *A* 5. p) northronouuind *A* 5. q) *sic* *A* 1*. *C* 1; nordostr. *A* 2. 3. 4. *B* 1. 1*; nordostronii *A* 1; nordosthroni *B* 2; nordostruni *A* 2ª; northostronouuind *A* 5. r) *sic* *C* 1; ostnordr. *A* 1. 1*. 2. 3. *B* 1. 1*. 2; ornostroni *A* 4; ostnorthronouuind *A* 5. s) et *om.* *A* 1. t) praeueniretur *B* 2. u) vocatum *P. W.*; et vocatum *B* 1*. 2. v) *sic* *A* 1*. 2. 3. 4. *B* 1*; hluduuicum *A* 1; hludoicum *C* 1. *J. W.*; hlodouuicum *A* 2ª. 5; ludouuicum *B* 2. w) hildegardae *A* 1 (-de). 1*. 2. 3. 4. *P.* x) et imp. et *B* 2. y) hoc *om.* *B* 2. z) cum *om.* *B* 3. a) feruore *A* 4. b) ei *om.* *B* 1. c) regni *om.* *B* 1*. 2. d) et *om.* *B* 1*. 2. e) inde *B* 2. f) regia *om.* *B* 3, *ubi* ab Aq. g) prof. ven. *A* 2. 2ª. h) in *om.* *B* 2. — huiusmodi *A* 4. i) Lodow. *B* 3ª-c; Quomodo L. fil. s. imp. *B* 3ª. k) statuit *B* 3ª.

1) *(Ventorum haec XII nomina Latina ex Isidori Etymol.* XIII, 11, 2—14. *assumpta esse socius Ericus Caspar monuit).* 2) *(Ann. regni Franc. a.* 813, *p.* 138: evocatum ad se apud Aquasgrani filium suum Hludowicum, Aquitaniae regem, coronam illi inposuit et imperialis nominis sibi consortem fecit*).* 3) *(M. Manitius attulit locum Flori II,* 26: Non minimum terroris incussit barbaris*).*

gotio quod reliquum erat[a] autumni, circa Kalendas Novembris Aquasgrani[b] revertitur. 813. c. Nov. 1.

**Cumque ibi hiemaret[c], mense Ianuario febre validad[d] correptus decubuit. 814. Ian. (22). Qui statim, ut in febribus solebat, cibi sibi abstinentiam indixit[e], arbitratus hac[f] continentia morbum posse depelli vel certe mitigari. Sed accedente ad febrem lateris dolore[g], quem Greci pleuresin dicunt, illoque adhuc inediam retinente neque corpus aliter quam rarissimo potu sustentante, septimo, postquam decubuit, die, sacra communione[h] percepta, decessit, anno aetatis suae septuagesimo secundo et[i] ex quo regnare coeperat quadragesimo septimo, V. Kal. Februarii[k, 1], hora diei tertia. Ian. 28.

31. Corpus more sollemni lotum et curatum et maximo totius populi luctu[l] ecclesiae inlatum atque humatum est. Dubitatum[m] est primo, ubi reponi[n] deberet, eo quod ipse vivus[o] de hoc nihil praecepisset[p]. Tandem omnium animis sedit nusquam eum honestius tumulari posse quam in ea basilica, quam ipse propter amorem Dei et domini nostri Iesu Christi et ob honorem sanctae et aeternae virginis, genetricis eius, proprio sumptu in[q] eodem vico construxit. In hac sepultus est[r] eadem die, qua[s] defunctus est, arcusque supra tumulum deauratus cum imagine et titulo exstructus[t]. Titulus ille hoc modo descriptus[u] est: SUB HOC CONDITORIO SITUM EST CORPUS KAROLI MAGNI ATQUE ORTHODOXI[v] IMPERATORIS, QUI REGNUM FRANCORUM NOBILITER AMPLIAVIT ET PER ANNOS XLVII[w] FELICITER

**) *Wal. c.* XXXIII: Obitus et[x] sepultura Karoli[y] Magni imperatoris[z].

a) erat *om. A* 4. b) *sic A* 1*. *B* 1*. *C* 1; aquis grani *A* 1. 2. 3. 4. *B* 2. 3. *W.*; aquisgranis *B* 1. c) hiemauerat *A* 5. d) corr. ual. *A* 1. e) induxit *A* 3. f) in hac *B* 1*. 2. g) dolorem *A* 1. h) communia *A* 1. i) et *om. A* 4. *B* 1*. 2. k) *sic A* 1. *C* 1; febroarias *A* 3; feb. *vel* febr. *reliqui.* l) planctu *A* 4. m) Debitum *A* 1*. n) poni *A* 2. 2a. o) de hoc vivus *A* 2. 2a. p) praecipisset *A* 1. q) in eod. vico *om. A* 2. 2a. r) est *om. B* 1*. 2. s) qua et *C* 1; qua def. est die *A* 4. t) extrutus *A* 1. u) scriptus *A* 2. v) ortod. *B* 1. 1*; ortotoxi *A* 2. w) XLVI *codd. Monac.* 14641 *et Vindob.* 969 *(Theol.* 354*), qui hoc epitaphium separatim descriptum exhibent;* annos *om. B* 1*; XLVII annos *B* 2. x) ac *B* 3c. y) Kar. *om. B* 3c. z) in aquisgrani *add. B* 3a.

1) *(Ann. r. Franc. a.* 814, *p.* 140: dum Aquisgrani hiemaret, anno aetatis circiter septuagesimo primo, regni autem quadragesimo septimo, ex quo vero imperator . . . appellatus est, anno XIIII, V. Kal. Febr. rebus humanis excessit*)*.

REXIT. DECESSIT SEPTUAGENARIUS[a] ANNO[b] [DOMINI DCCCXIIII], INDICTIONE[c] [VII[d]], V. KAL. FEBR.

32.* Adpropinquantis finis conplura fuere prodigia[e, 1], ut non solum alii, sed etiam ipse hoc minitari sentiret. Per tres continuos vitaeque termino proximos annos[2] et solis et lunae creberrima defectio et in sole macula quaedam atri coloris septem dierum spatio visa[3]. Porticus, quam inter basilicam et regiam operosa mole
813? *Maii 5?* construxerat, die ascensionis Domini subita ruina usque ad fundamenta[f] conlapsa. Item[g] pons Rheni[h] apud Mogontiacum[i], quem ipse[k] per decem annos ingenti labore et opere mirabili de ligno ita construxit, ut perenniter[l] durare posse[m] videretur, ita tribus horis fortuitu[n] in-
813. *(Maio).* cendio conflagravit[4], ut, praeter[o] quod aqua tegebatur, ne[p] una quidem astula[q] ex eo remaneret. Ipse quoque, cum ultimam[r] in Saxoniam[s] expeditionem contra Godo-
810. fridum[t] regem Danorum ageret, quadam die, cum ante exortum solis castris egressus[u] iter agere coepisset, vidit repente delapsam caelitus cum ingenti lumine facem a dextra in sinistram per serenum aera transcurrere[v]. Cunctisque hoc signum, quid[w] portenderet, ammirantibus[x], subito equus, quem sedebat, capite deorsum merso decidit eumque tam graviter ad terram elisit, ut, fibula sagi rupta balteoque gladii dissipato, a festinantibus qui aderant ministris exarmatus et[y] sine amiculo[z] levaretur. Iaculum etiam[a], quod[b] tunc forte manu[c] tenebat, ita elapsum est, ut viginti vel[d] eo amplius pedum spatio

*) *Wal. c.* XXXIIII: De prodigiis, quae proxime decessum[e] eius presagabant[f].

a) LXX°II° aetatis anno *aliquot codd. B ex c.* 30. b) anno Domini DCCCXIIII. *om. A* 5; anno — ind. VII. *om. codd. p.* 35, *n.* w *dicti;* Domini DCCCXIIII. *om. B* 1. 1*. 2. 3. *C* 1; DCCCXIIII. *om. A* 2; Christi anno DCCCXIIII. *in loco raso A* 2ª. c) inditione *A* 1. 4; indicione *B* 1*; indictionis *C* 1; *om. A* 2ª. 3. d) VI. *B* 1*. 3; VII. *om. A* 1*. 2. 2ª. 3. *B* 1. 2; septimo *C* 1. e) praesagia *A* 1. 1*. 4. *P.* (p̈s. 1. 4). f) est *add. A* 4. g) Itemque *B* 2. h) hreni *A* 1 *(hoc loco).* 2. 3 *(semper). P.;* in rheni (*corr.* rheno) *B* 1*; in hreni *B* 2. i) mogonciacum *A* 2; magontiacum *A* 1. *P.;* magonciacum *A* 4. k) ipse *om. B* 1*. 2. 3. l) perhenniter *A* 1. 2ª. *P.* m) posse *om. A* 2. 2ª. 3. n) fortuito *C* 1. *J.* o) praeter *om. B* 2. p) nec *B* 1*. 2; ne *corr.* nec *A* 3. q) hastula *A* 1. *B* 3. *P.;* ast. quid. *A* 2ª. r) ultima *A* 1*. 2, *post corr.* -mā *A* 2; ultimum, *post corr.* -mam *A* 3. s) saxonia *A* 2. 2ª. 3. 5. *C* 1. *J.* t) gotofridum *A* 2. 2ª. u) regressus *B* 2. v) incurrere *A* 4. w) quod *A* 1. *B* 1. x) admir. *A* 1. 3. *P.* y) non *A* 1. 3. *P.* z) amminiculo *A* 1. 1*. 4. *B* 1. 1*. 2. 3. *P.;* aminiculo *A* 3. a) quoque *A* 4. b) quem *A* 1. — tunc *om. B* 1. c) manum *A* 1. d) aut *A* 2. e) eius dec. *B* 3ª. f) presaginabant *B* 3ᵇ.

1) *Cf. Suet. Aug. c.* 97: Mors quoque eius . . . evidentissimis ostentis praecognita est; *(Iul. c.* 81: Caesari futura caedes evidentibus prodigiis denuntiata est). 2) *Annis* 810. 812. 813. *JA.* 3) *Mercurium fuisse Einhardi Annal. a.* 807. *referunt.* 4) *(Cf. supra c.* 17*).*

longe iaceret. Accessit ad hoc creber Aquensis[a] palatii tremor et in domibus, ubi conversabatur, assiduus laqueariorum crepitus. Tacta etiam de caelo, in qua[b] postea sepultus[c] est, basilica[d], malumque aureum, quo[e] tecti culmen erat ornatum, ictu fulminis[f] dissipatum et supra domum pontificis, quae basilicae contigua erat, proiectum[g] est. Erat[h] in eadem[i] basilica in margine coronae, quae inter superiores et inferiores arcus[k] interiorem[l] aedis partem ambiebat, epigramma sinopide[m. 1] scriptum, continens, quis auctor esset eiusdem[n] templi, cuius in extremo versu legebatur: KAROLUS PRINCEPS. Notatum[o] est[p] a quibusdam eodem, quo decessit, anno paucis ante mortem mensibus eas, quae PRINCEPS exprimebant[q], litteras ita esse deletas, ut penitus non apparerent. Sed[r] superiora omnia sic aut dissimulavit aut[s] sprevit, acsi nihil horum ad res suas quolibet modo pertineret.

33.* Testamenta[2] facere[t] instituit, quibus filias[u] et ex̀ concubinis liberos[v] ex aliqua parte sibi heredes faceret, sed tarde inchoata perfici non poterant. Divisionem tamen[w] thesaurorum et pecuniae ac vestium aliaeque[x] suppellectilis coram amicis et ministris suis annis tribus, antequam decederet, fecit, contestatus eos, 811 *in.* ut post obitum suum a se facta distributio per illorum suffragium rata permaneret. Quidque[y] ex his quae diviserat fieri vellet, breviario conprehendit[z]; cuius ratio ac textus talis[a] est[b. 3]:

IN[c] NOMINE DOMINI DEI OMNÍPOTENTIS, PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI.. Descriptio[d] atque divisio, quae facta est a gloriosissimo atque[e] piissimo domno Karolo imperatore augusto anno ab incarnatione domini

*) *Wal. c.* XXXV: De divisionibus thesaurorum eius.

a) aquiensis *A* 1; aquis *A* 3; equensis *B* 2. b) quo *B* 1. c) sepulta *A* 2. d) bas. *om. A* 3. e) quod *B* 1*. 2. — tectum *B* 2. f) fiuminis *A* 1*. 3. *B* 1. 1*. g) proiectus *A* 2. 3. h) Erat autem *A* 2a. i) eodem *A* 1. *B* 2. k) artus *A* 1. l) inferiorem *A* 2. 2a. 3. m) synopide *A* 2. n) huius ei. *A* 2. o) Notum *A* 4. *B* 1. p) est *om. B* 1. q) n *expunct. A* 1; exprimebat *A* 3. r) Sed *om. A* 3. s) aut *om. B* 2. t) fac. *om. A* 4. u) quibus ex concubinis filias et liberos *A* 1; et filios et *A* 2. 2a; et *om. A* 4. 5. *B* 2. v) liberas *A* 4. w) tamen *om. A* 4. x) *sic omnes codd.* — supellectulis *A* 1. y) Quicquid *A* 2. z) intimauit *A* 4. a) talis *om. A* 1*. b) erat *B* 2. c) *haec usque* SANCTI *in codice A* 1 *littera maiuscula scribuntur, nec dubium videtur, ea in breviario ipso primam omnium lineam occupasse, atque littera pro temporis eius more longiore expressa fuisse. P.*; In — sancti *om., spatio vacuo relicto A* 2a. d) incipit descr. *A* 4. e) atque piiss. *om. A* 5.

1) *Colore rubro.* 2) *Cf. Suet. Aug. c.* 101: Testamentum ... ante annum et quattuor menses quam decederet, factum ab eo. 3) *(Reg. Imp. I², nr.* 458 *[445]).*

nostri Iesu Christi DCCC°XI°[a], *anno*[b] *vero regni eius in Francia XL°III°*[c] *et in Italia XXX°VI°*[d], *imperii autem XI°, indictione*[e] *IIII*[a], *quam pia et prudenti*[f] *consideratione facere decrevit et Domino annuente perfecit de thesauris suis atque pecunia*[g], *quae in illa die in camera eius inventa est. In qua illud praecipue praecavere*[h] *voluit, ut non solum eleimosinarum*[i] *largitio, quae sollemniter apud Christianos de possessionibus eorum agitur, pro se quoque de sua pecunia ordine atque ratione perficeretur, sed etiam ut heredes sui omni ambiguitate remota, quid ad se pertinere deberet, liquido cognoscere et sine lite atque contentione sua inter se conpetenti partitione dividere potuissent.*

**Hac*[k] *igitur intentione*[l] *atque proposito omnem substantiam atque suppellectilem suam*[m], *quae in auro et argento gemmisque*[n] *et ornatu regio in illa*[o], *ut dictum est, die in camera eius poterat*[p] *inveniri, primo quidem trina divisione partitus est. Deinde easdem partes subdividendo de duabus partibus XX et unam partem fecit, tertiam integram reservavit. Et duarum quidem partium in XX et unam partem facta divisio tali ratione consistit*[q], *ut, quia in regno illius*[r] *metropolitanae civitates XX et una*[s] *esse noscuntur, unaquaeque illarum partium*[t] *ad unamquamque metropolim per manus heredum et amicorum suorum eleimosinae nomine*[u] *perveniat*[v], *et archiepiscopus, qui tunc illius ecclesiae rector extiterit*[w], *partem quae ad suam ecclesiam data est suscipiens cum suis suffraganeis partiatur, eo scilicet modo, ut pars tertia suae sit ecclesiae, duae vero partes inter suffraganeos dividantur. Harum divisionum, quae ex duabus*[x] *primis partibus factae sunt et iuxta*[y] *metropoleorum civitatum numerum XX et una esse noscuntur, unaquaeque ab altera sequestrata semotim in suo repositorio cum*[z] *superscriptione civitatis, ad*[a] *quam perferenda est, recondita*[b] *iacet. Nomina metropoleorum*[c], *ad quas eadem eleimosina sive*[d] *largitio*

*) *Wal. c.* XXXVI: Ut[e] duas eorum partes locis sanctis delegaverit.

a) DCCC°X^imo *A* 2. b) anni *A* 4. c) XLIIII. *A* 3. 5. d) XXX°VII° *corr.* XXX°VI° *A* 1; 37. *P.* e) inditione *A* 1. 4. *P.* f) et prud. *om.* *A* 4. g) peccunia *A* 1. *B* 2. *P.* h) praecav. *om.* *A* 4. i) *sic* *B* 1 *h. l.* *(infra ter* elimosin.*)*. *C* 1 *et infra ter, infra quater* *A* 1*; eleimosyn. *h. l.* *A* 1*; elemosin. *A* 1. 2a. 3. 4. *B* 3. *P.*, *infra semel* *B* 1. *C* 1, *infra quater* *B* 1*; elymosin. *A* 2 *(infra ter* elim.*)*. *B* 1*. 2 *h. l.*, *infra bis* ęlemosin., *bis* aelemosin. *B* 2. k) Ac *B* 2; Ha *sec. manu in loco raso* *A* 2. l) inuentione *A* 3. m) suam *om.* *B* 1*. 2. n) gemm. *om.* *B* 2. o) in illa *om.* *A* 4. p) inv. pot. *A* 4. q) constitit *A* 4. r) eius *A* 2. s) unam *B* 1. 1* (m *expunct.*). 2. — nosc. esse *A* 2. t) partium *om.* *B* 3. u) nom. *om.* *B* 1*. 2. v) perueniet *A* 2. 3. w) exstiterit *C* 1; extiterat *A* 4. x) duobus *A* 1*. y) iusta *A* 1. z) cum *om.* *B* 1*. 2. a) ad q. perf. est *om.* *A* 4. b) condita *A* 4. c) ciuitatum *add.* *A* 4. d) vel *A* 4. e) Quomodo *B* 3b.

facienda est, haec sunt: Roma[a], *Ravenna, Mediolanum*[b], *Forum Iulii**, *Gradus***, *Colonia, Mogontiacus*[c], *Iuvavum quae et Salzburc*[d], *Treveri*[e], *Senones*[f], *Vesontio*[g], *Lugdunum*[h], *Ratumagus*[i], *Remi*[k], *Arelas*[l], *Vienna, Darantasia*[m], *Ebrodunum*[n], *Burdigala*[o], *Turones, Biturites*[p].

****Unius autem*[q] *partis, quam integram reservari voluit, talis est ratio, ut, illis duabus in supradictas divisiones distributis et sub sigillo reconditis, haec tertia in usu cotidiano versaretur, velut*[r] *res, quam nulla voti obligatione a dominio possidentis alienatam esse*[s] *constaret, et hoc tamdiu*[t], *quoadusque vel*[u] *ille mansisset in corpore vel usum*[v] *eius sibi necessarium iudicaret. Post obitum vero suum aut voluntariam saecularium rerum carentiam eadem pars quattuor subdivisionibus secaretur, et una quidem earum supradictis XX et unae*[w] *partibus adderetur*[x], *altera*[y] *a filiis ac filiabus suis filiisque ac filiabus filiorum suorum adsumpta*[z] *iusta et rationabili inter eos partitione*[a] *divideretur, tertia vero consueto Christianis*[b] *more*[c] *in usum pauperum fuisset erogata, quarta*[d] *simili modo nomine eleimosinae in servorum et ancillarum usibus palatii famulantium sustentationem distributa veniret. Ad hanc tertiam totius summae portionem, quae similiter ut ceterae ex auro et argento constat, adiungi voluit omnia ex aere et ferro aliisque metallis vasa atque utensilia cum armis et vestibus alioque aut*[e] *pretioso aut vili*[f] *ad varios usus facto*[g] *suppellectili, ut sunt*[h] *cortinae*[1], *stragula, tapetia, filtra*[2], *coria, sagmata*[3], *et quicquid in*

*) *A* 2[a] *in marg.:* id est Aquileia.

**) *A* 2[a] *in marg.:* civitas est Italie.

***) *Wal. c.* XXXVII: Ad quid tercia pars deputata sit.

a) Roma *om. B* 3. b) Mediolanium *A* 1*. *B* 1*. 2. c) Magonciacus *A* 2. d) salzburg *A* 1*. 4. *P.;* salzbur *A* 1; salzbruc *B* 1*; saltzburc *C* 1; saltzburg *A* 3; zaltburg *A* 2; salzburch *A* 5; salzburuo *B* 2. e) Treueris *A* 1. 3. 4. *B* 3. *P.* f) renones *B* 2. g) Vesontio, *post corr.* Vesontium *A* 1, *et ita A* 3; Vesontia *A* 4; Vesoncia *B* 1; uesoricio *A* 2. h) Lucd. *B* 1. i) *sic A* 1*. 4. 5. *B* 1*. 2. *C* 1; Rotamagus *A* 1; rotomagus *A* 2. 2[a]. *P., et ita vel* Rothomagus *B* 3; Rotumagus *B* 1. *W.;* Rodomagum *A* 3. k) Remis *A* 1. 3. *P.* l) Arales *A* 5. *C* 1; areles *B* 1*. 2. m) darentasia *A* 2. 2[a]. n) Ebrodonum *A* 1; Ebordunum *A* 4; Ebred. *A* 2[a]. o) Burdegala *A* 2[a]. 3; Burdigula *B* 1. p) butturiges *A* 2; Bituries *A* 5. q) autem *om. A* 2. r) uel tres q. *B* 1*. 2. s) esse *om. A* 4. t) tandiu *A* 1. 2[a]. *B* 1. *P.* u) vel *om. A* 1. v) vel ut usum sibi *A* 1; vel — iudicaret *om. A* 3. w) *sic omnes codd. praeter* una *B* 2. x) adderentur *B* 1*. 2. y) vero *add. A* 3, *quod secunda manu in A* 1 *additum esse adnotavit P.* z) ad supra *B* 1*. 2. a) partione *A* 3; parcione *B* 1; part. div. *om. B* 2. b) christiano *B* 3; christianitatis *A* 4. c) morte *A* 1; vero *B* 1. d) q. vero *B* 1. e) aut *om. A* 4; atque *B* 1*. 2. f) vilia *B* 1*. 2. — aut var. *B* 1*. g) *sic omnes codd. (in A* 3 *post corr.* aliaque . . . pretiosa . . . facta*).* h) sint *B* 1. 1*. 2.

1) *Vela, aulaea.* 2) *Panni lanei genus;* filz *Germanice.* 3) *Sagmata sunt sellae, sellae impositae sarcinae, tum vasa.*

camera atque vestiario[a] eius eo die fuisset inventum, ut ex hoc maiores[b] illius partis divisiones[c] fierent et erogatio eleimosinae ad plures pervenire potuisset.

**Capellam, id est ecclesiasticum ministerium, tam id quod ipse fecit atque congregavit, quam quod ad[d] eum ex paterna hereditate pervenit, ut integrum esset neque[e] ulla divisione scinderetur, ordinavit. Si qua autem invenirentur aut vasa aut libri aut alia[f] ornamenta, quae liquido constaret eidem capellae ab eo conlata non fuisse[g], haec qui habere vellet dato[h] iustae aestimationis pretio[i] emeret et haberet. Similiter et de libris, quorum magnam in bibliotheca sua[k] copiam[l] congregavit, statuit, ut ab his qui eos habere vellent iusto pretio fuissent redempti, pretiumque in pauperibus[m] erogatum.*

***Inter ceteros thesauros atque pecuniam[n] tres mensas argenteas et auream unam praecipuae magnitudinis et ponderis esse constat. De quibus statuit[o] atque decrevit, ut una ex his[p], quae forma[q] quadrangula descriptionem urbis Constantinopolitanae continet, inter cetera donaria, quae ad hoc deputata sunt, Romam ad basilicam[r] beati Petri apostoli deferatur[s], et[t] altera, quae forma rotunda Romanae urbis effigie[u] figurata[v] est, episcopio Ravennatis ecclesiae conferatur[w]. Tertiam[1], quae ceteris et operis pulchritudine et ponderis gravitate multum excellit, quae ex tribus orbibus conexa[x] totius mundi descriptionem subtili[y] ac minuta figuratione[z] conplectitur, et auream[a] illam, quae quarta esse[b] dicta est[c], in[d] tertiae illius et inter heredes suos atque in eleimosinam[e] dividendae partis augmento[f] esse constituit.*

*) *Wal. c.* XXXVIII: Quid de capella[g] sua et libris ordinaverit.

**) *Wal. c.* XXXVIIII: De mensis tribus argenteis et quarta aurea.

a) in uestiaria (*corr.* uestiario) *A* 1. b) maioris *A* 2. 2a. c) diuisionis *A* 1*. d) ex paterna ad eum perv. hered. *A* 1; quod ei ex *A* 4. e) atque *A* 3. f) alia — eidem *om. B* 1. g) fuisset *A* 1*. *B* 1. 1*. 2; fuissent *A* 4. h) daret *A* 4. i) premio *A* 5. k) sua *om. A* 1. l) congr. copiam *A* 1; habebat *add. A* 2. 2a, *post expunct. A* 2. m) pauperes *A* 1*. 2a. 3. 4. *B* 1. 1*. 2. 3. n) peccunias *A* 1. *P.* o) st. atque *om. A* 4. p) eis *A* 2. q) formula *B* 2. 3. r) basil. *om., post* ad basilicam *a corr. superscr. A* 1. s) defereretur *A* 2. t) et *om. A* 4; et — conferatur *om. B* 1. u) effigiae *A* 1*. 3. *B* 1*. v) decorata *A* 1. *P.* w) daretur *A* 1. x) descripta, *sec. m. superscr.* vel conexa *A* 1; connexa *A* 3. y) tituli *A* 4. z) operatione *A* 2. a) et illam quae : : : : : *(erasum)* quarta dicta est, scilicet auream *A* 1. b) esse *om. B* 1*. 2. c) est *om. A* 4. d) in tert. ill. et *om. A* 1. 3. *P.* e) atque elemosinae *A* 1. f) augmentum *A* 1. 4. *B* 1. 1*. 2. 3. *P. W.* g) cappella *B* 3a.

1) *De fatis eius cf. Thegan. c.* 8. *et Ann. Bertin. a.* 842.

Hanc[a] *constitutionem atque*[b] *ordinationem coram episcopis, abbatibus comitibusque, qui tunc praesentes esse potuerunt, quorumque hic nomina descripta sunt, fecit atque constituit. Episcopi: Hildibaldus*[c. 1], *Richolfus*[d. 2], *Arn*[e. 3], *Wolfarius*[f. 4], *Bernoinus*[g. 5], *Laidradus*[h. 6], *Iohannes*[7], *Theodulfus*[i. 8], *Iesse*[9], *Heito*[k. 10], *Waltgaudus*[l. 11]. *Abbates: Fridugisus*[m. 12], *Adalungus*[n. 13], *Engilbertus*[o. 14], *Irmino*[p. 15]. *Comites: Walah*[q. 16], *Meginheri*[r], *Otulfus*[s], *Stephanus, Unruocus*[t], *Burchardus*[u], *Meginhardus*[v], *Hatto*[w], *Rihwinus*[x], *Edo, Ercangarius*[y], *Geroldus*[z], *Bero, Hildigernus*[a], *Hroccolfus*[b].

Haec[c] omnia[d] filius[e] eius Hludowicus[f], qui ei[g] divina iussione successit, inspecto eodem[h] breviario, quam celerrime poterat post obitum eius summa devotione[i] adimplere curavit.

EXPLICIT[k].

